QUi lumen temporum & testem veritatis dixit esse historiam, næ ille & vere dixisse & præclare sensisse mihi semper visus fuit. Rerum enim interitus oblivio est. At eæ reviviscunt historia, quum in nostram revocantur memoriam, quæque multorum annorum spatio multisque ab hinc seculis gesta sunt, ea nos paucis comprehensa paginis, & tanquam in conspectu nostro posita sæpe cognoscimus. Hæc ego considerans pro modulo quoque aggressus sum patriæ meæ res & historiam in lucem producere, Deum Opt. Max. ex animo rogans, ut det mihi vera & profutura scribere, sibi in honorem, Reipublicæ in splendorem, posteris in fructum. Præclare Polybius: *Quemadmodum*, inquit, *siquis oculos animanti effodiat, reliquum corpus inutile sit, ita dempta veritate ex historia narratio omnis est inutilis, nedum cæca.* Huic igitur omnis historiæ fundamento, volente Deo, insistere conabor. Brevitati simul, quantum fieri potest, studebo: Scio enim non frustra veteres dixisse, Magnum librum magni mali instar esse. Et quis gravior excogitari potest cruciatus, quam cum animus per immensa librorum veluti maris spatia, desperato propemodum portæ introitu, abjectaque conficiendi cursus spe, vagari cogitur? Quos sudores non excitat solus vastorum voluminum aspectus? Quas non parit molestias atque ægritudines, quum distrahit animum magnitudo librorum? *In peregrinatione vitam agentibus hoc accidit*, teste Seneca, *ut multa habeant hospitia, nullas amicitias.* Idem contingit iis, qui ad magnorum voluminum compositionem animum applicant: quod omnia sæpe cursim & properanter transcribant. *Fastidientis est stomachi multa deglutire*, ait idem Philoso-

losophus, *imo ingurgitare & rursus evomere, quæ varia & diversa coinquinant, non alunt.*

Sed ne ipse videar facere, quod in aliis reprehendo, ad institutum accedo. Et ut antiquitatem urbis nostræ indagemus, de tempore quo ea sit condita, quibusvé authoribus ædificari cœpta, nihil certi statuere ausim, præsertim cum ante ɪↄcʟ. annos in Chronicis & Annalibus exigua ejus fiat mentio; sive quod [a] veteres majorem in armis quam in literis gloriam posuerint, eoque mallent scribenda ipsi patrare, quam scribere per otium, quæ non nisi ab otiosis legerentur: sive quod ea quæ forte scripta & tabulis consignata fuerant, temporum lapsu, bellorum casibus, ignium aquarumque injuriis corrupta sint, sive quod crescentis primum opidi exigua initia (ut fit etiam in Rebuspublicis florentissimis) observata parum fuerint. De vicinis autem locis illud habemus ex Wilhelmo Heda, quod [b] Albricus ɪv. episcopus Trajectensis obtinuerit a Carolo Magno Francorum & Longobardorum Rege Basilicæ S. Martini quæ est constructa in Trajecto veteri villam dictam [c] *Lisidunum* in pago, qui vocatur *Flehite*, super alveum

a Multi non ignobiles Historici existimant ideo in nostro Belgio parum veteris historiæ superesse, præcipueque earum rerum, quæ ante tempora Caroli Magni gesta sunt, quod Dani, Normanni, Gothi, Vandali, Hunni, & similes nationes has oras aliquoties vastaverint, cœnobia insuper & bibliothecas diripuerint, atque combusserint &c. *Verhoeven.*

b Malim *Adelbricus*. Nam *Albricus* obiit anno 845. die xv. Augusti. *Adelbricus* autem anno 794. Vid. & Heribert. Rosweyd. *in historia ecclesiastic. Belgii. Verhoeven. Adelbricus* an *Albricus* vocetur parum refert. Heda vocat *Albricum*. Carolus Magnus similiter. Et per crasin quidni *Albricus* pro *Adelbricus* ut *Albertus* pro *Adelbertus*? Albricum II. Heda *Alphricum* vocat. Alfricum per f. Jo. a Leydis vocat *lib. 5. hist. cap.* 19. ubi & charta ejus data anno xxv. Ludovici Imp. Albrici ɪ. natalem xɪɪ. Kal. Septembr. celebrari refert Trithem. de viris illustribus ordinis *S.* Benedicti *lib.* 3. *cap.* 386. Agit etiam de eodem *lib.* 4. *cap.* 702. Successor S. Gregorii fuit & vitam S. Ludgerus qui primus Monasteriensis episcopus olim scripsit. *Matthæus.*

c *Leusden* seu ut veteres scribebant *Loysden*. Fallit ergo hic vel fallitur monachus ille Ordinis Cisterciensis Antverpiæ, qui ut magno alicui viro & illustri ejusque familiæ blandiretur, diploma hoc pervertere & corrumpere non dubitavit, & pro *Lisiduna Lndinium* reponere, qui locus est in Betua. Quales sane homines veteris historiæ pestes sunt & carcinomata, odioque omnibus antiquæ veritatis amatoribus esse debent &c. Vid. Arnoldum Buchelium *in not. ad Hed. p.* 42. *edit. Ultraject. ann.* ᴄɪↄ. ɪↄᴄxʟɪɪ. Est is Christophorus Butkens, cujus hæc sunt verba *livre* 1. *des Annales de la maison de Lynden: Quand a la terre de Lynden, elle estoit anciennement decoré du tiltre de Conte, & en telle qualité fut jadis tenue & possidee par Wiggerus Conte de Lynden ou Lindinia; Mais apres je ne sçay par quel maison estant devenue par Charles le Chauve Roy de France* (errat. nam fuit Carolus magnus) *iceluy en fit donation a S. Alberic pour lors Evesque d'Utrecht, comme se peut voir par une ancienne charte tirée du thresor des chartes de l'Evesque d'Utrecht donne le neufieme an du regne du dit Charles, ou particulierement est*

fait mention du Conte Wiggerus, &c. Libro autem XV. quem vocat *preuves des chartes*, hoc modo citat diploma:

Hemi, cum omni integritate vel adjacentiis & appendiciis suis, id est, *cum terris, mansis, domibus, ædificiis, mancipiis, sylvis, campis, pratis, pascuis, aquis, aquarumve decursibus, mobilibus & immobilibus, omnia & ex omnibus, quantumcunque Wiggerus Comes ibidem per beneficium dicti Regis tenuit, etiam forestes illas, quarum vocabula sunt Hengestscote, Forn-*

Carolus D. G. Rex Francorum & Longobardorum ac Patricius Romanorum (ergo non Carolus Calvus, ut supra loquitur) *Si enim ex his quæ divina pietas nobis largire dignata est, locis venerabilibus concedimus, hoc nobis ad æternam beatitudinem proculdubio pertinere confidimus. Ideo compertum sit omni fidelium nostrorum magnitudini, qualiter donamus ad Basilicam S. Martini, quæ est constructa Trajecti veteris subter Domstadum* (in diplomate est *subtus Dorestado*, & sic etiam infra) *ubi venerabilis Albericus presbyter atque electus Rector præesse videtur villam nostram nuncupatam Lindiniam* (in diplomate est *Lisidunam*, & duo sequentia verba non habentur) *intelligitur* Linden, *in pago qui vocatur* Fleciet, *super alveum Heym, cum omni integritate vel adjacentiis seu appenditiis suis, id est*, tam terris, mansis, domibus, ædificiis, mancipiis, siluis, campis, pratis, pascuis, aquis aquarumque *decursibus, mobilibus & immobilibus, omnia & ex omnibus, quantumcunque Wiggerus Comes ibidem, scilicet in Lynden* (illud *scilicet in Lynden* non extat in vero diplomate) *per nostrum beneficium tenuit, Etiam forestes illas quarum vocabula sunt Henscote, Steenbese, ... Wydoc, quæ sunt de ambabus partibus* Heym, *id est Heymenbergh* (in diplomate est, *Hemi*, & quod sequitur, id est *Heymenberch* plane in eo non extat.) *similiter donamus ad ecclesiam S. Martini, quæ est subt r Domstadum constructa & .... de omnique parte centum perticas de terra, & omni tempore prædicta Basilica spatium terræ centum perticas habere debeat, & ripaticum illum super Lack, & insulam illam proxime ipsam ecclesiam, ad partem orientalem inter Rheind & Lackum. Hæc nos omnia tradimus a die præsenti ad præfata sancta loca perpetualiter ad possidendum. Ideo hanc .... authoritatis nostræ scribere jussimus, ut ab hac die tam memoratus Albericus presbyter, sive sui successores, qui fuerint Rectores ejusdem sancti loci prædicti, ad opus jam dictæ ecclesiæ habeant, teneant, gubernent, regant, atque disponant; & quicquid exinde ad præfatum Præfectum ipsius sancti loci facere elegerint libero perficiant arbitrio, & nullus quislibet de judiciaria ...... qualibet persona prædictum Albericum presbyterum, neque successores suos de jam dictis rebus inquietare, aut contra recognitionis ordinem vel calumniam generare quoquo tempore præsumat. Sed per nostrorum largitatem perceptum prædicta Basilica jure valeat obtinere firmissime. Et ut hæc autoritas firmior habeatur, vel diuturnis temporibus conservetur, manu propria subter eam decrevimus roborare, vel de annulo nostro jussimus sigillari. Signum Caroli gloriosissimi Regis. Datum* VII. *Idus Junii Anno* IX. *ejusdem gloriosissimi Regis. Actum Niumagi in pallatio publico in Dei nomine feliciter.* Inferius scriptum erat: *Collationatum per copiam, & concordat, teste manu mea propria B. de Wyck, rogatu Domini de Hemmen Theodori de Lienden sui fidelissimi, & scriptum secundum intellectum ejusdem. Verhoeven.* Genuinum diploma Heda habet in Albrico *hist. Ultraj. p.* 41. in quo nec lacuna nec exstat illud *villam nostram nuncupatam Lindiniam*, sed *villam nostram nuncupante Lisiduna*, ut nec *super Lack* sed *super Lockiam*, nec *inter Remd & Lackum*, sed *inter Rhenum & Lockiam*, nec *ad præfatum Præfectum*, sed *ad profectum*. *Lisidinon* est in charta Alfrici seu Albrici II. apud Jo. a Leydis *lib.* 5. *cap.* 19. ubi propter vicinitatem conjungitur & cum Seist & cum Hese locis procul a Linden. *Loesden* est in charta Ann. 1132 quæ *lib. de jur. glad. p.* 114. *Lasdum* in charta Ann. 1253: Numaga autem cur vocetur *palatium publicum* siquis quærat Joh. Smith respondebit in *opido Batavorum cap.* 5. *Idem Carolus*, inquit, *in litteris de Lisiduna beneficiariis, quas Alberico Ultrajectino dedit anno regni sui nono, qui fuit salutis* ꟾↃCCLXXVI. *ut apud Hedam legis* Numagam *seu* Noviomagum *palatium* vocat *publicum, quasi in nullius proprietate, nullique dynastæ obligatum uni Regno vel Imperio parens. Matthæus.*

Fornhese, *Mokoroth*, *Widock*, *quæ sunt de ambabus partibus Hemi &c.* Quæ donatio facta est anno Christi ƆCCLXXVII. Hic autem Comes *Wiggerus*, seu ut alii vocant *Vigerus*, vel *Wyerus*, pro insigniis habuisse dicitur sex lilia alba in rubro campo. Aub. Miræus Canonicus Antverpiensis *fol.* 47. *ad Ann.* 696. inter munitas Civitates diœceseos Trajectinæ post metropolin primo loco recenset Amersfordiam. Sed an possit probari [d] dubito. Consul quoque Henr. Ouderffius in descriptione sua vernacula delineationi urbis nostræ subjecta ait muro cinctam fuisse anno 1006. tempore Henrici II. Imperatoris, sed exiguam. Verum credo ejus errorem inde provenire, quod circa id tempus quidem mentio fiat Amisfurti, at non tanquam muniti. Antiquam tamen esse urbem nostram vel ex eo liquet, quod illius circa annum CIƆ. in veteribus scriptis fiat mentio. Circa quod tempus, imperium Romanum tenente Henrico II. Ansfridus Comes Teysterbandorum & Bratuspantium, Dominus in Altena, & post obitum uxoris episcopus Trajectensis XVIII. pleraque sua bona Episcopatui donavit, atque extruxit in monte sacro prope [e] Amersfordiam monasterium ordinis Benedictini, ibidemque monachus factus & per extremam senectutem oculorum usu privatus tandem vitæ finem habuit anno CIƆ.VIII. V. Non. Maji. *Dictam vero Abbatiam*, ut loquitur Joan. de Beka, *Bernulphus* XX. *episcopus posteà Trajectum transtulit, ubi conventualem ecclesiam in honorem S. Pauli condidit.* Quibus omnibus lucem præbere possunt Archiva ejusdem Abbatiæ S. Pauli Ultrajectinæ, in quibus sic inter alia legitur: *Quum territoria & incolæ Episcopatus Trajectini diriperentur ab infidelibus Danis & Normannis, tum temporis familia de Lochorst sese semper submissam professa est ecclesiæ Christianæ, habueruntque beneficia & arces suas in diœcesi Ultrajectina, in agro Emano, eo loci ubi nunc situs est pagus nomine* Leusden *prope Amersfordiam.*

[d] Nullus dubito. Nihil certius. Vid. quæ in dedicat. dixi. *Matthæus.*

[e] Vid. quæ ad Anonymum notavi infra pr. *Matthæus.*

fordiam. Dicta autem ecclesia Ultrajectina reducta in bonam ecclesiastici & Politici regiminis formam dicti Domini de Lochorst arces suas cum ædificiis, agris, aliisque Dominiis, libere episcopo ejusque ecclesiæ in manus dedere, eademque rursus accepere in hereditarium feudum. Postea Ann. IↃCCCCXCIX. *vixit episcopus Anfridus, qui suo tempore in loco quodam in Lockhorst ad id dato fundavit Conventum monachorum Ordinis S. Benedicti. Et ut isti monachi ab invasionibus & direptionibus aliquot malevolorum (nondum ad veram fidem conversorum) tuti essent, iidem de Lochorst ei rei destinati sunt ab Episcopo ad defendendam ecclesiam. Quod suscepit D. Adamus de Lochorst, Eques, qui defunctus in templo ejusdem Conventus tumulatus fuit. Postea circiter annum* CIↃXLVII. *Bernulphus episcopus, ut Religiosorum numerum in urbe Trajectina augeret, dictum Conventum transtulit Ultrajectum in locum ei usui ab episcopo datum, ubi pomarium ejus fuerat, & templum in honorem S. Pauli Apostoli extructum erat. Et monachi corpus Dn. Adami de Lochorst una cum sarcophago secum abstulerunt, rursusque condiderunt in meditullio chori. Et locus ubi prius iste Conventus stetit jam vocatur* Mons sacer. Huc usque Archiva S. Pauli Trajectensis. Quæ Abbatia longo tempore postea adhuc nomen obtinuit D. Virginis in Monte, ut inter alia liquet ex variis Catalogis defunctorum, qui in dicto monasterio sepulti sunt. Sed ipsos illos Anfridi codicillos, & [f] diploma fundationis & donationis, utpote præclarum illus temporis monumentum ex ejusdem Abbatiæ libro MS. qui dicitur Copiarum subjungam:

[f] Habet etiam Buchel. ad Hed. in Anfrido. *Matth.*

In nomine S. & individuæ Trinitatis, Notum sit omnibus sub Christianæ religionis norma degentibus; qualiter ego Anfridus *licet indignus Trajectensis episcopus in loco, qui vocatur* Hohorsta *ædificari præcepi cellulam inprimis in honorem Dn. nostri Jesu Christi constructam, nec non gloriosissimæ genitricis ejus Mariæ, sed & BB. Apostolorum Petri & Pauli,*

meique

mique patroni specialis B. Martini ea ratione, ut inibi fratribus monachis sub S. Benedicti regula feliciter vivere cupientibus dies ducere liceat huic vitæ concessos. Ut autem locus prædictus in Dei servitio firmius possit esse stabilitus, jam dictis fratribus tradidi, quicquid visus fui habere in villa Thrile in pago Testerbantiensi, cum omni familia, cunctoque servitio & districtione, ita ut omni tempore tenui ac possedi absque ullius contradictione, regali scilicet manu, traditione, ac stipulatione nobis concessum, & in [g] *Twenthe dimidium census thelonearii & monetæ, & forestæ in* [h] *Rumelo, & quartam partem sylvæ in Fugenhoute. Præter hæc tradidi inter villas* Hese *&* Seyst XIV *mansos cum prædio* Hohorst *prædicto, cum mancipiis, & omnibus appendittis, id est, sylvis, pratis, pascuis, molendinis, aquis, aquarumque decursibus, acquisitis, & acquirendis, quod dedit quidam Gerwardus miles Sancto Martino; & novale quoddam de monte Hohorst, usque in* [i] *Bachevorth. Addidi & has ecclesias, Ermelo, Masemunster, Livemunster, Leyre, Suindrecht, Hamerthe, Loysden. Actum est hoc publicè coram idoneis testibus in Basilicâ S. Mariæ, sanctique Martini in Hohorst, ipso die Dedicationis ejus, id est,* XIV. *Kal. Decemb. Anno ab incarnatione Domini* M. VI. *Indict.* IV. *Regnante Henrico* II. *Imperii sui anno V.*

g Alii legunt *Fughte*. Verhoeven.

h Al. *Almelo*. Verhoeven.

i Al. Stuthenborgh.

Testis quoque antiquitatis ejus est nobilissima prosapia, de Amersfordia dicta, quorum castellum fuisse fertur, quod nunc est Curia oppidi Amisfurtensis: Idque verisimile faciunt appellationes, tum anticæ partis, *den Hof* (ubi nunc est forum frumentarium) tum posticæ, cui piscina hodie *de Vyver*, nomen est. Notandum autem hic est, plerasque antiquiores familias à castris possessis nomina sumpsisse, quorum quædam deinde ampliata oppidorum nomen assumpserunt, & paullatim regionis Principibus sese submiserunt. Sic & nostra hæc Amersfortia, & Rhena, & vicus Durostadum primum familiarum solummodo fuere castra: Sic Wourdena,

dena, Oudewatera, Amstelia, Harlemum, Roterodamum singula singulis familiis nomen dederunt, quarum juri paullatim sese subducentia, inter ipsas civitates numerari cœpta sunt. Sed ut ad propositum revertamur, ex Chronicis patet, anno CIϽL. vixisse quendam Dominum Rotardum de Amersfordia, ejusque fratrem Wyndricum, Equites. Anno CIϽCXIX. vixit D. Didericus de Amersfordiâ, Eques, cujus filia Henrica nupsit Hugoni Botter, Equiti, cujus matrimonii apographum eâdem, quâ scriptum est, servatâ phrasi ac formula, proxime subjeci:

Nos Didericus de Amersfordiâ miles, notum facimus has litteras inspecturis, quod bona de Davits-laer, cum omnibus suis pertinentiis in feudum concessimus Domicellæ Henricæ filiæ nostræ, & hoc sub pacto Zutphaniensi; Et pro filiâ fecit nobis juramentum fidelitatis Hugo Butyri miles, prædictæ filiæ maritus: & sic ille quoque factus est noster homo. In horum testimonium appendendum duximus nostrum sigillum. Datum Anno Domini M. C. & decimo nono, postridie Octavæ pentecostes.

Procul dubio autem hic gener D. Diderici fuit Hugo ab Arckel, Dominus de Botter sloot, quem Heda vocat Hugonem Butyrum ex nobili familiâ illorum de Arclo, & Beka Teutonicorum fortissimum indigitat. Vide etiam Chronicon magnum Hollandiæ, & Genealogiam Arkeliorum. Anno CIϽCCIX. vixit D. Henricus de Amersfoort, nobilis tunc possessor decimarum in Vuers. Hic nominatur inter ministeriales (idest, nobiles, beneficio & fide Ecclesiæ Trajectinæ astrictos) quorum sententiâ decisæ sunt lites inter Collegium Marianum Traject. & Comitem à Goye, super decimis in Houten, anno CIϽCCXXVIII. Indict. XIV. Cujus sententiæ apographum vide in doctissimis Cl. Arnoldi Buchelii notis in Hedam, sub Ottone II, Episcopo XXXIV.

Circa annum CIϽCCL. vixit D. Walterus de Amersfordiâ, qui

qui unà cum oppidanis de Amersfoort sigillo suo munivit diploma Henrici de Vianden, Episcopi Trajectini XXXVIII. de manumissis Amersfortensis ecclesiæ hominibus. Actum & datum apud Amersvoirt, præsentibus Giselberto de Goye, Suedero de Zulen, Amilio de Insulâ, Wilhelmo de Riswic, Giselberto de Rueel, & aliis pluribus probis viris, anno Domini CIↃ CCLXV. feriâ secundâ post translationem Sancti Martini, in quo diplomate Walterus vocatur miles, & Advocatus ecclesiæ de Amersfoirt. Vide illud etiam in notis ejusdem Buchelii ad Hedam, sub Henrico de Vianden Episcopo. Anno CIↃ CCLIX. idem D. Walterus extruxit castrum de Stoutenburgh, juxta & prope oppidum Hemefurt (ita quoque tum temporis vocabatur.) & ejus arma gentilitia fuere sex lilia rubra in campo albo.

Castrum autem isthoc de Stoutenburgh, à Domino Waltero propriis sumtibus constructum, postea ab ipso traditum fuit dicto Henrico de Vianden Episcopo, ut ille ejusque successores illud possiderent tamquam proprium & liberum Ecclesiæ suæ bonum; Quod castrum idem Episcopus Waltero & posteris ejus rursus in feudum dedit, *considerato* (verba sunt diplomatis) *zelo favoris ac fidei per prædictum Dominum & fratres suos, sibi & Ecclesiæ Traject. exhibito*; Præsentibus dicti D. Walteri amicis, D. Henrico de Almeloo; D. Giselberto de Buckhorst, D. Hermanno de Voorst, D. Suedero de Besinchem, D. Stephano de Wyck, D. Giselberto de Amersfoort, fratre Walteri, Equitibus, & D. Henrico de Amersfoort, Presbytero & Camerario Conventus S. Pauli Traject. etiam fratre dicti Walteri. Post extructum igitur castrum hoc, Walteri hujus posteri agnomen de Amersfoort reliquerunt, & Stoutenburgii deinceps vocati sunt, quod nomen postea rursum mutaverunt in Weede, postquam anno CIↃ CCCXV. Dominus Everardus de Stoutenburg dictam arcem suam Guidoni Hannonio Episcopo Trajectensi XLII. vendidit.

Agit de iis etiam Iacobus vander Eyck *in syn Beschryvinge van Zuyt Hollant p. 47. By westen,* inquit, *van 't voorschreven Ambacht van Wieldrecht zijn gelegen Weede en Weedenbroeck zijnde het Stamhuys van het Adelijck geslacht van Weede, waervan ten tijde van de inundatie Anno* 1421. *leefde Henrick van Weede Knape, wiens dochter Jonckvrouw Katharina van Weede ten echte hadde Willem van Beveren Danielsen Magistraet der stadt Dordrecht, Anno* 1427. *Ende ten tijde van Keyser Karel de vijfde leefde noch van dit geslacht Elias ende Johan van Weede Knapen, Zijnde het Wapen van 't voorsz. Ambacht ende Stamhuys ses roode lelyen, drie boven, daer van twee, ende onder een, op een silveren velt, gelijck het selve noch te sien is, nevens 't Wapen van de voorsz. Willem van Beveren, geweven in een seker out tapijtkleet, al noch in wesen zijnde, ende berustende tot Dordrecht onder de descendenten van den voorsz. Willem van Beveren, ende Ionckvrou Katharina van Weede; en in verscheyde Wapenboecken, daer men 't selve onder de Adelijke Wapenen ende Stamhuysen gestelt vindt.*

Et hactenus quidem *Van der Eyck*; sed quantum interim ad Dominium id in Hollandiâ ausim dicere, illud non esse stemma Wedaeorum nostratium, quamvis iisdem cum nostris utatur insignibus; sed nullus dubito, aliquem ex veteri hac prosapiâ oriundum uxorem sibi ex familiâ Beverorum (apud Hollandos illustri) adscivisse, & ibidem arci vel praedio nomen generis sui imposuisse: Nostrates enim Wedaei, & eorum gentilitia insignia, vetustiorem habent originem, quam ab iis annis, quorum meminit Eyckius, &c. Vide sane descriptionem, *pag.* 1. *vers.* 18. *& pag.* 10. *vers.* 26.

ADDI-

ADDITAMENTUM
ad Cap. I.
ANTONII MATTHÆI.

Gens est vetustissima Dominorum de Amersfoert. Familiæ in ea olim tres. A prædiis, quorum Domini, quidam dicti de *Amersfoert*, quidam de *Stoutenburch*, quidam de *Wede*. A prædiis dico. Nam & *Amersfoert* olim curtis seu prædium. Ab Hemi fluminis trajectu primum *Hemesfurt*, ut & *Eemsfurt*, dein temporis progressu mutato E. in A. etiam *Amsfurt*, *Amsfortum*, *Amsforde*, & qua ex causa incertum tandem, *Amisfoert*, *Amersfoert*. Non prætorio tantum prædium, sed villis etiam colonorum & circumcolentium ædificiis illustre. Pagus brevi ob trajectum, ob loci opportunitatem, & accolarum concursum. Serius demum urbs. Quando autem incertum. Seculo octavo nondum pagus. Meminisset si jam pagus Carolus Magnus in charta Ann. DCCLXXVII. qua omnem Hemi tractum, locis etiam memoratis, quæ præcipua eo tractu, *Lisiduna* etiam, quæ jam *Leusda*, Albrico consulit episcopo, ut videri potest apud Hedam in *Albric. episcop*. Nec recte hinc tamen statuas, quod nec prædium nec pagus tum. Si jam Hemus, si trajectus, quidni & curtis seu prædium? Quod ipsius, quod fisci, Carolus Magnus donavit. Sua aliis non abstulit. Et idcirco nec necesse ut ulla eorum mentio. Sensim postquam creverunt accolæ Prætor creatus loci, Capella condita, & sic pagus. Pagus Ann. 1131. Sed hinc spatium adhuc priusquam urbs intercessit non modicum. Nondum ibi tum temporis baptismalis ecclesia. Capella tantum seu Oratorium. Jus sepulchri in ea nulli. Exequiæ fiebant Leusdæ. Eo corpora perferenda. Eo etiam baptizandi. Ecclesiastica sacramenta non-

Amisfurti sed Leusdæ, ut in charta jam dicta, quæ cum magni momenti, e re est, ut addam integram:

Universis præsens scriptum visuris Joannes *Dei gratia Electus Trajectensis notum facimus & protestamur nos vidisse & legisse literas felicis recordationis Domini* Andreæ *episcopi prædecessoris nostri, non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua parte vitiatas, licet forte vetustate in aliquo deminutæ viderentur, in hæc verba. In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Sciant fideles tam futuri quam præsentes, quod ego Dei gratia* Andreas *Trajectensis episcopus terram quandam, quæ vocatur* Hovelaken, *jacentem juxta Grawenvene, quæ usque ad nostrum tempus inculta & penitus inutilis fuit, consensu & petitione* Henrici *filii* Emonis, *ad cujus beneficium prædicta terra cum censu & justitia & decima pertinuit, Remvardo, & Otwerdo, Hemelrico, & Heriberto terram præfatam* Hoflake *in hæreditariam proprietatem concredidi, ita ut ipsi & filii & omnis successor eorum, sed & omnes, qui ab ipsis prædictam terram emerunt, hereditarie terram illam habeant & possideant; & est terminus illius terræ inter Grawenvene, & inter rivum, qui confinis est prædictæ terræ, & protenditur in longitudine usque ad medietatem in veno. Habentibus vero & possidentibus terram illam statuimus singulis annis de singulis mansis prædicto* Henrico *& post eum heredi ipsius, qui beneficium ejus habiturus est, quatuor nummos censuales in die sancti Martini persolvere, eosque sub eodem Henrico & post eum sub herede ipsius semel in anno in prædicta terra unum placitum observare, omnemque decimam majorem & minorem eidem* Henrico *& heredi ipsius de terra illa dare statuimus, sed pro minori decima duos nummos, pro pullo equæ & pro vitulo unum nummum statuimus persolvendum. Statuimus præterea hominibus prædictam terram inhabitantibus, ut ad tempus apud Leesden baptismum & synodum habeant & sepulturam, donec per se poterunt habere ecclesiam, seorsum autem pro reme-*

remedio animæ nostræ statuimus eos liberos permanere ab expeditionis servitio & a qualibet exactione. Et ut hæc illis rata permaneant hanc cartam sigillo nostro insignitam iis tradidi Ann. Domini millesimo centesimo tricesimo secundo, indictione decima, præsentibus testibus subscriptis. Interfuerunt huic nostræ traditioni Lubbertus *Præpositus majoris ecclesiæ*, Luso *Præpositus sancti Petri*, Hugo *Præpositus S. Mariæ, & alii quam plures Prælati & Canonici. Nos ergo quod a prædicto præcessore nostro super præmissis factum est ratum habentes & firmum prædictam concessionem ab eodem prædecessore prædicto* Henrico *Sculteto de* Amersvorde *factam*, Waltero *de Stoutenburch militi nunc heredi ipsius Henrici ejusque successoribus præsentibus innovamus, & omnia præmissa concedentes sub omni jure & pacto, quæ in dictis literis prædicti prædecessoris nostri superius sunt expressa. In cujus rei testimonium dedimus prædicto* Waltero *militi præsentem literam sigilli nostri munimine roboratam. Datum Ann. Domini* M.CC. LXXX. *sexto in vigilia Paschæ.* Inferius erat scriptum. *Concordat hæc copia cum suo originali in pergameno scripto ac sigillo cereo infra in duplici cauda expendente sigillato. Quod attestor Bruno a Kuyck Notarius suprascripti Capituli.*

Notandum autem quod Henricus hic dicatur filius Emonis Quis hic Emo non reperi. Haud dubie alius Didericus, cujus chartam hic habet Auctor, & ego *lib. de jur. glad. cap.* IX. Tam fœcunda olim gens, ut quia paucis de ea Auctor non possim mihi temperare, quin in gratiam ejus, quæ nobilissima & vetustissima adhuc superest, & quam ingentibus in Belgium & Rempublicam meritis majorum nullo inferior præclare illustrat vir illustris Everardus de Wede Toparcha de Wede, de Dyckvelt, Rateles &c. quotquot de ea reperi in chartis & instrumentis, quæ evolvi omnia & tractavi, temporum serie observata ordine addam, ut sequitur:

Ann.

Ann. CIↃ.L.

Rotardus de Amersfoert

Wynricus de Amersfoert, fratres.

Initio seculi XII.

Emo de Amersfoert in charta Ann. 1131.

Henricus filius Emonis Scultetus de Amersfoert in charta ejusdem Anni.

Ann. 1228.

Henricus de Amersvorthe in charta ejusdem anni Willebrandi episcopi. Vid. Anonymum a me editum *p.* 113.

Ann. 1250. & deinceps.

Walterus de Amersfoort & Henricus de Amersfoert fratres. Meminit Henricus episcopus Trajectensis in charta apud Hedam *hist. Ultraj. p.* 217. Meminit Johannes Abbas S. Pauli in charta Ann. 1282. Vid. *lib. de jur. glad. p.* 113. Meminit charta, quæ a Dominis de Amstel Florentio v. Comiti data Ann. 1285. subscribentibus inter ceteros *Heer Wouter van Amersfoerde, Heer Henrick syn sone.* Charta est etiam Ann. 1259. qua transfert in episcopum castrum de Stoutenburch & ab eo postquam transtulit, sic ut sequitur in feudum recipit:

Ann. 1119.

Didericus de Amersfoert in charta ejusdem anni, quam habet Auctor hic supra & ego *lib. de jur. glad. cap.* 9.

Ann. 1196.

Hermannus de Wedene in charta ejusdem Anni, quam habes in præfat. *ad lib. de jur. glad.*

Universis præsentes literas inspecturis, Ego Walterus *miles dictus de Amersfoert notum facio & tenore præsentium protestor, quod ego una cum fratribus meis & meorum consanguineorum & amicorum consilio domum seu castrum* Stoutenburch, *quod in meo allodio ædifico & adhuc ædificabo voluntate spontanea in manus Reverendi in Christo patris ac Domini mei*

mei Dn. Henrici *episcopi absque omni dolo & fraude absolute & libere resignavi ad disponendum perpetuo & habendum pro domo sive castro libero & soluto ad opus & ad utilitatem ipsius Domini mei Dn.* Henrici *episcopi Trajectensis & suorum pro tempore successorum, Præfatus vero Dominus meus Henricus episcopus Trajectensis considerato zelo favoris & fidei per me & fratres meos sibi & ecclesiæ Trajectensi exhibito in hac parte dictam domum sive castrum Stoutenburch, quod ipsius episcopi & ecclesiæ Trajectensis castrum liberum erit & solutum, mihi ac meis proximis heredibus & successoribus post me recommendavit & concessit ab Episcopo & ab ecclesia Trajectensi in feodo successive jure ministeriali perpetuo retinendum ad opus ipsius episcopi & ecclesiæ Trajectensis, ita videlicet quod ego & mei heredes post me, quandocumque Domino meo Henrico episcopo aut ejusdem successoribus placuerit, aut necesse habuerint portas ipsius castri, nec non castrum ipsum Stoutenburch, eidem Episcopo, vel qui pro tempore fuerit, tanquam castrum liberum & solutum, episcopo & ecclesiæ aperiemus, & claves cum castro ad ipsius voluntatem fideliter cum omni promptitudine exhibebimus ac favore, ut de ipso & ex ipso castro suo contra suos & ecclesiæ Trajectensis inimicos profectum suum & ecclesiæ Trajectensis quanto melius poterit ad suum beneplacitum persequatur. Et ipse Dominus meus Henricus episcopus Trajectensis & sui successores dum ad opus suum & ecclesiæ Trajectensis suam in hac parte perfecerint & persecuti fuerint voluntatem, michi sive meis heredibus, si me decedere contingeret, castrum sive domum ipsam & claves ipsius restituent ad habendum curam ipsius castri & custodiam sicut prius. Cæterum specialiter est condictum, quod ego & proximi heredes mei post me a feodo prædictæ domus sive castri nullatenus per Dominum episcopum Trajectensem pro tempore exheredari aut amoveri debemus, nisi quod absit ego vel mei heredes Domino episcopo & ecclesiæ*

Trajectensi talem infidelitatem & perfidiam faceremus, per quam hujusmodi feodum jure demereri possemus. Quia vero conditiones universas & singulas prænotatas ego cum fratribus meis Dn. Henrico *episcopo & ecclesiæ Trajectensi volo & firmiter propono fideliter ac inviolabiliter observare pro me & meis proximis heredibus sub obtentu omnium bonorum meorum, quæ teneo in feodo ab episcopo & ecclesia Trajectensi, placuit quod si ego vel heredes mei post me præscriptas conditiones præfato Domino meo* Henrico *episcopo & ecclesiæ Trajectensi infringeremus, quod omnia mea bona seu heredum meorum, quæ tenentur ab episcopo & ecclesia Trajectensi, vacabunt eidem Episcopo & ecclesiæ Trajectensi, & ad opus ipsorum libere devolventur. Et ut hæc rata permaneant & inconvulsa, sigillum meum una cum sigillis consanguineorum & amicorum meorum, qui huic facto interfuerunt, præsentibus est appensum. Actum & datum Amersvort præsentibus Henrico de Almelo, Dn. Giselberto de Buchorst, Dn. Hermanno de Vorst, Suedero de Beusinchem, Stephano de Wit, & Giselberto fratre suo militibus, Henrico presbytero & Camerario monasterii sancti Pauli Trajectensis fratre meo, Scabinis & Consulibus de Amersvort, & aliis quampluribus probis viris. Qui prænominati qui sigillis utuntur in hujus rei testimonium sigilla sua præsentibus literis apposuerunt Ann.* CIↃ. CC. L. *nono in die B. Odulfi Confessoris.*

Ann. 1280. & deinceps.

De fratribus nihil constat. Henrici charta hæc tantum meminit, qui tandem ex Camerario etiam Abbas S. Pauli decessit Ann. 1292. Walteri filii Henricus, Everardus, Rudolfus. Constat de Henrico ex charta jam dicta Ann. 1285. Et hic apud Johannem episcopum Trajectensem pro Flo-

Ann. 1277. & deinceps.

Giselbertus de Amersfoerde. Bis meminit ejus charta Ann. 1273. *Item duo jugera & dimidium jacentia inter terram Giselberti de Amersfoerde & Gosuini de Pomerio &c.* Utriusque autem meminit & Walteri & Giselberti, subsignante etiam Waltero Johannis charta Nassovii Ann. 1277.

Ann.

rentio Comite fidejussit, ut ex fœdere Ann. 1294. *Wy Florens &c. Soo hebben wy geset den voorgenoemden Bisschop van Utrecht dese borgen die hierna beschreven staen, Heer Willem Heer van Voerne, Heer Gysbert Heer van Amestelle &c. Heer Ernst van Wulven, Heer Henrick van Amersfoerde &c.* De Everardo constat ex ejus charta Ann. 1296. *Omnibus præsentes literas inspecturis ego* Everhardus de Stoutenburch *miles notum facio, quod Theodericus, Everardus, Margareta, Clementia, & Rixa, liberi mei cum manu tutoris sui electi voluntarie mihi resignaverunt quindecim jugera, de quibus novem jacent apud Bilevelt &c.* & mox. *In cujus rei testimonium ego* Everardus *præsens scriptum dictis Dominis contuli sigillo meo & sigillo Domini* Huberti *Præpositi ecclesiæ S. Mariæ Trajectensis, Dn.* Henrici de Amersforde *militis fratris mei communitum. Et nos* Hubertus *Præpositus &* Henricus *miles prædicti ad preces Domini* Everardi *militis prædicti sigilla nostra apposuimus huic scripto. Datum anno Domini* M. CC. XCVI. *&c.* De Rudolfo etiam charta est Ann. 1299. *Al den genen die desen brief sellen sien of hooren lesen do wi verstaen Her Everard van Stoutenburch Ridder, ende Dideric sijn sone Knape, dat wi bi rade onser vrende vercoft hebben &c.* & mox. *Op dat dit vast ende*

Ann. 1280.

Henricus de Wede cognatus Suederi de Wiltenburch militis in charta ejusdem anni, quam habes in *præfat. ad libr. de jur. glad.*

Ann. 1296. & deinceps.

Hubertus de Amersfoerde. Charta Ann. 1296. *Nos* Hubertus de Amersfoerde *Præpositus & Archidiaconus ecclesiæ beatæ Mariæ Trajectensis universis præsentia visuris &c.* Alia anni præcedentis, ex qua præterea etiam constat, quod promiscue etiam iidem dicti & Domini de Amersfoert & Domini de Stoutenburch. Ex Chartulario majoris templi: *Omnibus præsentes literas inspecturis ego* Everardus de Stoutenburch *miles notum facio quod vendidi pure & simpliciter Decano & Capitulo majoris ecclesiæ Trajectensis & Dn. Johanni dicto de Fine Concanonico ad opus altaris &c. In cujus rei testimonium ego* Everardus *prædictus sigillum meum & sigilla honorabilium virorum Dn. Huberti Præpositi ecclesiæ S. Mariæ Trajectensis, & Henrici de Stoutenburch militis fratris mei apposui &c. Et nos Hubertus Præpositus &c. & Henricus de Stoutenburch miles prædicti &c.*

stade blive so heb ic Everhard vorgenoemt desen brieff desen Heren gegeven besegelt mit minen segel, vor Dideric minen soone, ende vor mi, ende mit Heer Hubrechts des Proost van St. Marien t' Utrecht, ende met des Officiaels van Utrecht, ende mit Hern Rudolfs segel mins broeders Canonick van den Dome t' Utrecht. Ende wi Proost van S. Marien, ende Officiael, ende Her Rolof voergenoemt hebben onse segelen aen desen brief gedaen dor Hern Everards beden wille van Stoutenburch ende Diederick sijns soons &c.

Anno 1310. & deinceps.

Everardus Everardi filius de Stoutenburch famulus. Hic semissem decimarum in Bilevelt & Hanewick ecclesiæ S. Joannis dat Ann. 1309. Ex charta ejusdem anni: *Guido Dei gratia episcopus Trajectensis &c. notum facimus, quod Everardus filius Everardi de Stoutenburch militis famulus &c. cum nostra licentia & auctoritate, nec non cum consensu Capitulorum &c. dedit & transtulit pure & simpliciter &c. præsentibus Everardo de Stoutenburch dicti Everardi translatoris patre, Johanne de Linscoten militibus &c.*

Ann. 1310. & deinceps.

Stephanus de Wede famulus. Hunc adhibuit inter testes in charta Ann. 1326. qua renunciat omni juri, siquod adhuc habuit, in castro de Stoutenburch, in judicio & decimis de Engbroec, & in ceteris jam pridem venditis Joanni & Frederico episcopis Trajectensibus, Everardus Everardi filius de Stoutenburch. *Alle den genen die desen brieff sellen sien of hooren lesen doe ick verstaen Evert van Stoutenburch Knape &c. ende om die meerre sekerheyt so heb ick gebeden Ersamen Knapen, alse Zweder van Zulen, Steven van Wede, Johan van Liesvelt, ende Cosijn van Isselt desen brief mede te besegelen &c.* Add. *libr. de jur. glad. p.* 115.

Rari deinceps ab eo tempore, ex quo castrum id distractum, qui de Stoutenburch dicti. Infrequens in chartis mentio. Nam nomen vacuum sinere & quod potius episcopis comperebat quam ulli alii. *Onsen huyse ende gerechte van Stoutenburch* dicit Frederic van Blanckenheim in charta Ann. 1413. Nec extinctum tamen, ut nec nomen de Amersfoert, sed rarius usurpa-

patum. Retentis pristinis insigniis usurpatum de Wede. Et id reliquum adhuc genti distractis ceteris dominium satis amplum & ingens, ut quod divisum in duas partes in Grooten-Wede & Lutteken-Wede, & quod conjunctum cum Emelaer jugera continebat sexcenta triginta quinque. Feudum temporis progressu aut saltem ejus pars Dominorum de Yselsteyn. Distractum etiam prorsus & tandem ad familiam e qua exierat olim redux. Non obstante autem quod feudum ab eo tamen simul dependentia etiam feuda. Civilis ibi jurisdictio, Pares Curiæ, vasalli, & qui a Dominis de Wede fide præstita & hominio de feudis suis investiti, ut mox clarius patebit. De Stoutenburch deinceps non dicti, nisi natu juniores, & quibus nulla spes præcedentibus eos aliis ad Dominium de Wede. Et hinc.

Ann. 1338.

Gerardus de Wede, in charta, quam jam edidi *lib. de jur. glad. p.* 118.

Ann. 1360.

Everardus de Wede.

Ann. 1390.

Everardus de Wede Canonicus Amorfortius & Elias van Wede.

Ann. 1414.

Willem van Wede Sacerdos.

Ann. 1417.

Elias van Wede, Geertruyt van Wede, Steven van Wede.

Ann. 1430.

Alidt Everts dochter van Wede.

Ann. 1436.

Elias van Wede Scabinus Amorfortius, qui & vixit adhuc Ann. 1459.

Ann. 1457. & Ann. 1462.

Elias van Wede Prætor Amorfortius. Vixit adhuc Ann. 1482. Uxor ei Theodora. Liberi, Oeda,

Ann. 1367.

Elisabeth & Swanelt Gisberti filiæ de Stoutenburch in charta ejusdem anni, quam habes infra ad Anonymum in not. ad Ann. 1008. Idem deinde an alius Giselbertus de Stoutenburch in charta Ann. 1390.

Ann. 1414.

Reynerus de Stoutenburch.

Ann. 1424.

Frater Joannes Taets de Stoutenburch monachus S. Pauli Trajectensis.

Everardus de Stoutenburch armiger, qui & Prætor Amorfortius vixit adhuc Ann. 1459. & Gisbertus junior ejus frater.

Ann. 1470.

Clementia de Stoutenburch, monialis in Vrouwen Klooster.

Wesselus, Gerarda, Margareta, Maria, & Elias. Chartæ de iis Ann. 1462. Ann. 1479, 1481. & seq. De Elia ipsorum patre charta ita se habens: *Wy Borgemeesters, Schepenen, ende Rade, out, nye, ende Gemeente der Stadt van Amersfoert doen kondt allen luyden. Also Godt betert een tijt verleden onwilte, Oirloch, ende vede geresen is tusschen Bisschop* David *onsen Genadigen Heere mit sijnen hulperen op die een sijde, ende onse Stadt mitter Stadt van Utrecht op d' ander, daer in* Eelgis van Wede *onsen Borger onser sijde getrouwelijck bijstandich is geweest, ende 't sel ne geloofs heeft te blijven, so hebben wy hem weder geloofs ende geloven mit desen onsen brieve, dat wy tot geenre tijt soen, dedinck, noch compositie aengaen en sullen,* Eelgis *voorsz. en sal volcomelijck daer mede in besoent ende verdedinkt wesen, ende sal hebben ende behouden sijn Schoutampt binnen onser Stadt in alre manieren ende also vry als hy 't hadde voir deser veden, daer in wy hem stijven ende stercken sullen, Ende geviel daer gebreck inne van dat wy des niet en deden, den schade hy daer by hadde, hebben wy hem geloofs ende gelöven te versetten op onser Stadt cost, sonder enigerhande weer, indracht, ofte argelist. Des ter oerconde hebben wy onser Stadt segel beneden aen desen brieff doen hangen. Gegheven in 't jaer ons Heeren* CIↃ.CCCC.*zeven ende tachtich opten eersten dach in Octobri.*

Gisbertus de Stoutenburch. Et hic ultimus ejus nominis, qui quærenti occurrit. Notabilis de eo charta & quæ omitti non debet.

Wy Johan *van Drongelen Lantcommandeur der Balye van Utrecht van der Duytschen oerden doen condt ende kenlijck allen Vorsten ende Heeren, geestelijck ende weerlijck, mijne lieve Genadighe Heeren, ende allen anderen Eerweerdighen, Wijsen, ende Voorsichtigen mannen, geestelijck, ende weerlijck, daer desen onsen brieff getoont sal worden, Also die Eersamen Meyster* Gysbert van Stoutenburch *Doctor in beyde rechten buyten lants woenachtich is, so salmen weten dat Meyster* Gysbert *voorsz sijns Vaders vader gecomen is van Heer* Wolter van Stoutenburch *Ridder, welckes wapen is een schilt van sulver met ses rode lelien, ende Meyster* Gysberts *vaders moeder is gecomen van Heer* Jacob Taetse *Ridder, welckes wapen is een schilt*

van

van sulver met een roode baer, ende M^r. Gysberts *moeder is gecomen van die van Merlo, die gecomen sijn van Heer* Jan van Woerden *van broeder scheydinge, welcker wapen is enen gulden schilt met drie rode geknopte ruyten, ende* M^r. Gysberts *moeders moeder is gecomen van Heer* Johan van Enghuysen *Ridder, welcks wapen is een silveren schilt met vier roode ruyten staende te middelweghen in den schilt van die een sijde ten anderen. Ende alsso als veel goede mannen ons dat bewesen hebben, ende wy oock wel weten, dat dese voersz. vier stammen goede oude Ridderhoffsteden geweest sijn, ende sonderlinghe van Woerden meerder is dan Ridderschap, want een Baenres Hoffstadt is. Des to oirconde so hebben wy Lantcommandeur voersz onse segel aen desen brief doen hangen in 't jaer ons Heeren* 1487. *opten* 14. *dach in Augusti. Leger stont: Gecollationeert dese copye tegens sijne principale Francijn brieff met een root segel aen dubbelen staerte uythangende besegelt, daer mede bevonden accorderende by my Notaris publycq s' Hoofs van Utrecht. Was ondertekent: J. Uytte Wael Notaris. Ter sijden stont andermael: By my Notario desen gecollationeert jegens sijnen principalen brieff, ende is dese daer mede accorderende bevonden. In kennisse van my, ende was ondertekent. Ant. van Deuticum Notaris.*

Ann. 1440.

Henricus de Wede & Walterus de Wede Henrici vasallus in charta, quam habes infra, Ann. CIↃ. CCCC. XL.

Ann. 1468.

Gisberta van Weede Walteri filia de feudo patre mortuo ab Henrico investita ut in anni ejus charta, quæ similiter etiam infra.

Ann. 1531.

Joannes van Wede & Elias van Wede Joannis vasallus in charta ejusdem anni.

Ann. 1595.

Joannes van Wede, in chartis Ann. 1495. 1496. 1507. & 1512.

Ann. 1523.

Joannes de Amersfoort Canonicus Marianus ipso Thomæ festo die extinctus subito & repertus mane mortuus in monasterio de Oostbroeck.

Ann.

Ann. 1541.

Cornelius van Wede, & Joannes van Wede Joannis filii.

Ann. 1554.

Gisberta van Wede Joannis filia.

Ann. 1558. & deinceps.

Margareta van Wede Gisbertæ filia.

Deliana van Wede Cornelii filia Gerardo nupta van Oldenbarnevelt patri Joannis, qui dum Ordinum Hollandiæ Consiliarius Pensionarius castrum consecutus & Dominium de Stoutenburch ab Ordinibus Trajectensibus id in feudum accepit Ann. 1615. ut dixi *lib. de jur. glad. cap.* 9.

Stephanus van Wede. Obiit Ann. 1570.

Ann. 1580. & deinceps.

Cornelius van Wede Amorfortius cohortis peditum Dux sub Ordinibus fœderatis, cæsus Ann. 1580. Meminit ejus etiam Michael ab Isselt qui & ipse Amorfortius *contin. hist. p.* 693.

Florentius van Wede ad Principem Aurasionensem ab Ordinibus Trajectensibus Legatus Ann. 1587.

Ann. 1554.

Elias van Wede van Vanevelt cujus tutor adhuc alius Elias van Wede in charta ejusdem anni. Et hinc porro

Ann. 1580. & deinceps.

Elias van Wede Hermanni filius van Vanevelt. De quo in veteri instrumento sic legi ut sequitur: Elias van Weede *Hermenssoen van Vanevelt Knape van der Hoffstede Lutteken Wede na dode van Elias van Wede versocht de thienden te Vollenhove, tot Wede &c. ten overstaen van Gijsbert van der Maeth &c. Ann.* 1588. 19. *Mart. Stont in dorso: Ontfangen van mijn neeff Mr. Daniel van Wede voor Heergewaet drie gulden, voor t' segel twee gulden. Ondertekent opten* XXV. *Mart. Ann.* 1588.

Joannes de Wede van Vanevelt. Meminit similiter Michael ab Isselt ad Ann. 1585.

Willem Bosch Willemssen van Wede in charta Ann. 1597.

Ann. 1590. & deinceps.

Petrus van Wede aceti coctor Ultrajecti. Prima ipsius uxor .... *van Werckhoven*, ex qua Elias van Wede. Secunda Ianna Vereem, ex qua Theodoricus van Wede, cui uxor Ziburcha Splinter vidua Joannis van Septeren defuncti Ann. 1598. Habebat Petrus fratrem Eliam van Wede, cui uxor Cornelia van den Berch, soror Consiliarii Pauli van den Berch, unde Daniel van Wede Consiliarius Trajectensis, cui prior uxor Elisabeth van Westrenen gibbosa, altera Maria van Sneeck Francisci filia, unde Petrus van Wede Advocatus, qui cælebs dein obiit.

Quam

Quam ampla & illustris familia hæc ab omni ævo abunde hinc jam patet. Tot clarorum & nobilium virorum nutrix insignis, qui ad Rempublicam admoti & ad maximas dignitates, domi militiæque honoribus summis functi, de patria, de diœcesi, & olim optime meriti, & incredibili quodam studio, virtute invicta & indefessa nec hodie mereri desinunt, ut mirari quis possit. Et quis quæso non miretur? Admirati parentes nostri acre admodum & subactum illustris viri judicium Joannis de Wede olim Consulis Trajectensis & Ordinum Fœderatorum ad Regem Daniæ Legati. Admiramur & nos præclarissimam ejus sobolem Everhardum de Wede, Dominum de Wede, de Dyckvelt, Rateles &c. Mirantur incolæ, exteri, mirantur Reges, & Principes, apud quos & jam & olim ingenti cum laude legationibus functus, admirandam industriam, & ingenii illam vim, qua res maximas tractandas suscipit, dirigit, perficit. Sed hæc nulli non nota. Silere ut puto præstat, omni enim præconio major viri illustris virtus, quam pauca de eo dicere. Cæterum quod tam amplum Dominium de Wede, ut & feuda ab eo dependentia, & quod ejusdem familiæ tot insignes propagines, ut & ipsi invicem plerumque & Vasalli & Domini, docebunt chartæ, quas suppeditavit vir nobilis & qui rerum hujusmodi non indiligens possessor Jac. Iordan de Westrenen Amorfortius. Non abs re erit, si addam hic, duabus interim præmissis, quas nactus aliunde:

Ic Henrick *van* Wede *Knaep doe condt allen luden, dat voor my en voor die Stichtse mannen hier na beschreven om gebreck van den mijnen gecomen is ter goeder tijt* Wouter van Wede *Gijsebrechts sone mijnen neve, ende heeft sijn leen versocht also alst hem aen bestorven is van sijnen doden broeder, een achtendeel van den goede te Groten Wede in allen manieren als sijn Broeder van my te houden plach, te houden van my ende van mijnen rechten Leenvolger tot enen Zutphensen rechte, te verheergewaden alst verschijnt met twintich Co-*

ninckx grooten, Behoudelic ons ende een igelijck sijns rechts, Hier waren over ende aen alse Stichts mannen Gysbert Ketelaer ende Jorden Caerman. In kennisse so heb ic Henric van Wede Knaep voornoemt mijn segel beneden aen desen brieve gehangen. Gegheven in 't jaer ons Heeren CIↄ. CCCC. *ende veertich des Saterdages voor sint Jans te midsomer.*

Ic Henric *van* Wede *Knaep doe cont allen luden, dat voor my ende voor die mannen mijns liefs Heeren van Yselsteijne om gebreck mijnre manne gecomen is Joncfrou* Gysbert *Wouters dochter van* Wede *mijnen neve, ende heeft aen my ter goeder tijt binnen jairs ende dages na dode haers vaders versocht dat alinge achtendeel van den goede tot Grooten Wede, also alse haer Vader dat van my ende van mijnen Onderen te houden plach ende hem toegescheyden is. Welck goet ick hem verliet ende verleent hebbe, verlye ende verleent sy ende hare nacomelingen van my ende van mijne nacomelingen dat te houden, also haer Vader dat te houden plagh, te verheergewaden alst verschijnt mit twintich Coninex tornoysen, Behoudelic my ende een ygelick sijns rechts. Hier waren over ende aen dair dit geschiede Zeger Gerritssen van Emelair, Wouter van den Broeck, ende Volquijn Bot alse mannen mijns liefs Heeren voornoemt. Gegheven in 't jaer ons Heeren* CIↄ. CCCC. *acht ende t' sestich den 22. dach in Julio.*

Utramque hanc descripsi ex adversariis viri nobilis & qui multa ejusmodi congessit olim A. van Winsen Domini de Hoencoop, qui & subscripserat sua manu: *t' principael is onder Jo. Francois van Weede gelicht van de Vrouwe van Stoetwegen &c.*

Willem *byder gratie Gods Prince van Orangien, Grave van Nassou, van Vyanden, van Catzenelboge, van Dietz, van Tonnere, van Pontierre, van Bueren, van Leerdam, van Charny &c. Heere van Breda, van Diest, van Grimbergen, van Waessen, van Nyervaert, van Chastillon, van Noseroy,*

van

van Yselsteyn, van Cranendonck, van S. Martensdijck, van Cortkene, van Arlay &c. Borchgrave van Antwerpen, ende van Besanzon, doen condt ende maicken kenlijcken, dat wy als wittich man ende Voocht van Vrou Anna van Egmont, by der selver gratien Princesse van Orangien, Gravinne ende Vrouwe der voorsz Graefschappen ende Heerlicheyden, als Vrouwe van Yselsteyn, onse lieve gesellinne, verlijt ende verleent hebben, ende mits desen verlyen ende verleenen Elias Herman van Vaneevelts *outste soon, die hy geprocreert heeft by Dirckgen Cornelis van We' en anderde suster, Jan van We en dochter dat goet tot* Luttiken Wede, *die Hoffstede tot* Luttiken Wede mit thinsen, thienden, leenmannen, *ende allet datter toebehoort, gelijck* Cornelis van Wede *Janssen dat van ons ende onse voorsaten plach te houden, te besitten, ende die nahant aff mit onsen consente gemaickt ende gegeven heeft gehadt op den* 15. *dach Decembr. Ann.* XV^c^ *twee ende vijftich den outsten van den sonen van Herman van Vanevelt, die hy by Dirckgen Jan van Weden dochter sijnder anderde Suster doen hadde, ende ter date van de afflijvicheyt van Cornelis voersz in levenden lijve wesen soude, te houden Elyas voersz ende sijn nacomelingen van ons ende onse nacomelingen Heeren ende Vrouwen van Yselsteyn, in elker tijt ten Zutphensen rechten, te verheergewaden mit twintich goede Coninx groote ternoyse of payement haere weerden, Behoudens in als ons ende eenen ygelicken sijns goeden rechten, Ende voor* Elias *voersz overmits hy noch onmundich was heeft Herman van Vanevelt ons huldt, manschap, ende eedt van trouwen gedaen tot Elyas mondigen dagen toe. Hier waren over ende aen daer dit geschiede onse beleende mannen Frans Dirkssen ende Jan van der Zevender mit meer luyden genoech. Alle dinck sonder arch ofte list. In kennisse van desen hebben wy onsen segel van den leenen onser Heerlicheyt van Yselsteyn beneden aen desen brieff doen ende heten hangen. Gegheven in*

 't jaer

't jaer ons Heeren CIↃ. IↃ. *ende drie ende vijftich den* XVIII. *dach in Julio. Onderteyckent.* Jan van Berck *Secretaris* *fst*; *ende besegelt mit een root uythangende segel. Opte rugge stont geschreven aldus: Op huyden den* XXV. *dach Maji Ann.* XV^c *vier ende vijftich compareerden voor Stadthouder ende mannen van leen naebeschreven* Elyas *van* Wee *als Curatoer, momber, ende Voecht van Elyas van Vanevelt Harmenssen in 't blanck van desen gespecificeert, ende heeft overmits afflijvicheyt van Herman van Vanevelt, die den eedt voor sijn soon hadde gedaen, wederom den eedt van trouwen gedaen tot behoeff mijns Heeren den Prince van Orangien, Grave van Nassou &c. als Heer van Yselsteyn tot Elyas van Vanevelts mundigen dagen toe.* Actum ut supr. præsentibus *Leenmannen, Gerrit Roloffsen van Lodesteyn ende Jan van der Sevender. My tegenwoordich, Jan van Berck Secrets.*

Gecollationeert jegens sijne originale die van den Gerechte van Amersfoert geexhibeert, van wegen Dirckgen Herman van Vanevelts weduwe, Is accorderende, by my L. Botter.

Allen den genen die desen brief sullen sien of hooren lesen doe ick verstaen Elyas van Wede, dat voir my ende voir myne mannen die hier na beschreven staen, gecomen is Joncfrou Geertruyt van Wede, ende droech my op mit hoeren vryen wille, mit hoers gecoren mombers hant, dair sy mit rechte ende mit oerdeele aen quam, die Leenweere, ende allen recht ende toeseggen, dat sy hadde oft hebben mochte in eeniger wijs, aen den Thient van Stevens twee Hoeven van Weede, ende van den uytslach van Luttiken Wede, mit allen hoeren toebehoren, wilt ende tam, groff ende smal, also als die gelegen sijn in der Maelschap van Wede ende van Emminclaer, uytgenomen die thienden van den erve van Luttiken Wede, ende den thiende van de vier willigen also als die nu mijn sijn, ende verteech hier off tot mijnre behoeff, alse mijn manne wijsden dat recht was, ende sy schuldich was the doene.

Doe

Doe dit geschiet was doe verlijde ick ende verleende rechtevoort Joncfrou Geertruyden voersz dese voergenoemde tienden, van my te houden in sulcker manieren ende voorwaerden, waert dat sy storve sonder wittelycke boerte, dat dan dese voerbenoemde thienden comen ende erven sullen op Leysbeth Pauwels dochter van der Horst off hoeren rechten Leenvolgers, waer sy doet. Hier waren over ende aen daer dit geschiede Wilhem van Weelde ende Fredrick van der Woerte mijn mannen, ende anders veel goeder lude. In oerconde des briefs besegelt mit mynen segel. Gegheven int jaer ons Heeren CIƆ. CCCC. *ende seventhien des Saterdags voer sunt Laurens dach. Accordeert mit dat principale uyt hangende besegelt. Oirconde my Iohan Vlug Notaris.*

Ick Ian van Weede *Knaep make kondt dat voor my ende voor mijne mannen van leen hier na beschreven gecomen is Iacob Zoest, ende droech my op ende gaff my over in mijner hant den thiende van Schonerberde groff ende smal, mit allen sijnen toebehooren, wilt ende tam, hooge ende leghe, al also die van outs gelegen is, alse dat mijn mannen wijsden dat recht was, also dat hy daer niet meer an en had noch en behielt, off verwachtende en was rechtevoert. Doe dat gedaen was, verlijede ick ende verleenden, verlije ende verleene Gerryt Zoest Iacobs voersz soon ende sijnen nacomelingen dese thiende tot enen goeden onversterflijcken erfleen tot enen Zutphensen recht, te verheergewaden als hy verschijnt ofte verwandelt wort mit enen ponde goets, dat is te verstaen, mit twintich grooten, ofte mit pajement datter ganghe ende gave voor wesen sal in den Lande van Utrecht, behouden my ende een ygelicken sijns rechts uytgeseyt alle argelist. Hier waren over ende aen als mijne mannen Meyns de Wild ende Elyas van Weede, ende anders goeder mannen genoech, die dit voersz mede hoorden ende sagen. In oerconde des briefs so heb ick Ian van Wede Knaep voersz mijn segel*

 aen

aen desen brief gehangen int Iaer XV^c. XXXI. *den* XVIII. *Maji.*

Ick Ian van Weede *Knaep make condt, dat voor my ende voor mijn mannen van leen hier na beschreven gecomen is Gerryt Zoest Iacobssen, ende heeft mit sijnre hant, ende mit myure hant, die ick hem daer toe dede, ende mit sijnen vryen moetwil gemaeckt als recht ende oirdeel wijsden Henrickgen Aert Servaessen dochter sijn echte huysvrouw in rechter lijftocht sestien gouden Hertoch Philips Bourgoensche guldens,* XXV. *Hollantsche stuyvers voor elcken Philippus gulden voersz gerekent, of payement hoerre weerden, jaerlijck te renthen tot hoerren lijve, ende niet langer, uyt ende in sijn alinge thiende van Schoonerverde mit allen sijnen toebehooren, wilt ende tam, hooghe ende leghe, niet daer van uytgesceyden, also ende in allen manieren, als die van outs gelegen is, ende Gerryt voersz van my als Leenheer te Leen houdende is, te betalen die een helft jaerlijcks op sunte Martijns dach in den wijnter ende die ander helft op sunte Peters dach in de Lenten also langh als Henrickgen voersz leven sal ende niet langer, mit voerwaerden, indien dat Henricgen voersz nae dode Gerryts voersz wederom echten hijlick dede, so sal dese lijftocht ende maeck voorsz doot ende te niet wesen. Ende dese voersz maick is geschiet als recht was, also dat mijn mannen van Leen nabeschreven wijsden dat Henrickgen voersz de lijftocht ende maick voersz hoer leeffdach lanck vast ende stade is, ende mitten recht blijven sal, Behoeltelicken my Leenheer voersz ende een ygelicken sijns rechts, Al dinck sonder argelist. Hier waren by, an, ende over, dair dit geschiede, mijne mannen van Leen, Elyas van Weede ende Meyns Claessen, ende meer goeder luyden genoech. Des t' oerconden so heb ick Jan van Weede Leenheer voersz voor my ende voor mijne mannen van Leen mijn segel hier aen gedaen. Geschiet in 't jaer ons Heeren* CIↃ. IↃ. *negen en dertich den* X. *Junii.*

Op-

Opten thienſten dach van Octob. XV^c *een en veertich heeft Gerryt Zoeſt Iacobsſen ter goeder tyt binnen jaers na dode Ian van Weede Knaep den voorſz Leenweer te leger hant verſocht aen my Cornelis van Weede, ende heeft my hulde ende eedt gedaan nae Leenrechts behooren, int bywesen Gysbert Amelsſen ende Gysbert Lumans mijn mannen van Leen.*

Opten XII. *Octobr. Ann.* XV^c. LIV. *ſo heeft Gerryt Zoeſt Iacobsſen ter goeder tyt na dode van Cornelis van Wede Knaep an Elias van Wede als geſtelde Curatoer van Elias van Wede van Vanevelt verſocht deſe voernoemde Leenweer te leger handt ende den eedt van trouwen gedaen na behoren, ter preſentie van Meyns Claesſen, Gerrit Both, ende my Gerryt Reyersſen. Geextraheert uyt ſeeker Regiſter houdende van Lutteken Wede, geſchreven by handen Gerryt Reyersſen, ende accordeert, By my &c.*

CAP. II.

Situs urbis, & nominis Etymologia.

[1] Sita eſt urbs hæc in diœceſi Ultrajectinâ, ad torrentem Amiſium, ſive Emam, qui vivas aquas è diverſis Velaviæ locis, & vicinis collibus illuc confluentes, ſub ipſis urbis mœnibus uno excipit alveo, & ſeſquimilliatis ab urbe ſpatio in propinquum Oceani ſinum, vulgò mare Auſtrinum (Belgicè *de Zuyder Zee*) devolvit: Ferè iſto in loco, ubi Marſacos, ſive Marſacios doctiſſimus Geographorum ſui temporis Ph. Cluverius collocat, *Introduct. ad Geographiam, lib.* II. *cap.* XVIII. De quibus ita Tacitus *lib.* IV. *hiſt. Claudius Labeo nihil apud Batavos auſus, quoſdam Nerviorum, Betha-*

1 Amisfurtum ſitum eſt in Bataviâ, ſi Iſela ſit cornu Rheni, ut volunt nonnulli, ſed nos illud diſquirendum permittimus. *Verhoeven.* Notandum hic quod & priſcis temporibus di-

thasiorumque in arma traxit; & furtim magis quàm bello Caninefates Marsacosque incursabat. Et Plinius *lib.* 4. *cap.* 15. *In Rheno ipso prope centum millia passuum in longitudinem nobilissima Batavorum insula, & Caninefatum, & aliæ Frisiorum, Cauchorum, Frisiabonum, Sturionum, Marsatiorum, quæ sternuntur inter Helium & Flevum, &c.* De Marsis autem, Marsacis, & Marsatiis vide plura apud Petrum Divæum *lib.* II. *Antiquitat. Belgicarum, cap.* XX. Item apud eundem Cluverium *lib.* III. *Germaniæ Antiquæ, cap.* XI. Et Guil. Hedam in Historiâ Episcoporum Ultrajectensium, toto capite secundo. Qui & *cap.* I. sic de Ultrajecto loquitur: *Verum mihi placeret hanc urbem in gente Marsiorum (qui & Marsiaci) sive Chattorum (qui necessitudine & societate juncti erant) ponere, quos refert Tacitus obsequio, quo Romanis obstringebantur, pares Batavis, &c.* De quibus vide eundem Hedam, dicto loco, & ibidem notas jam citati Cl. Buchelii J. C. *edit. Ultraject.* 1643. [m] Quod si conjecturis etiam aliquid dandum, nomen inde suum fortassis habent *Marssen, Marsseveen, Marssensdÿck*, quod perperam *Martensdÿck* vocatur, &, si propius ad urbem nostram accedamus, *Marren, Marsbergen*, & alia vicina loca: Imò non pauci sunt scriptores, qui statuunt Velaviam olim *Marsdiep* nuncupatam fuisse. [n] Alii verò distinguunt inter *Marsacios* & *Marsos*, putantque hos quidem esse *Marsos*, qui partem diœceseos Trajectensis, & partem Velaviæ incolunt, sed *Marsacios*, propè ostia Flevi, sive maris Austrini habitasse, ubi adhuc reliquiæ istius nominis in portu *Mars-*

versis fluviis, & amnibus similia etiam nomina: Sic ab eo, qui *de Eems* dicitur, *Embda* habet nomen; A nostro *Eem*, Eemsfort, &c. Ab *Heems*, Heemskerck in Hollandiâ Boreali; Item ab *Eems*, Eemskerck in Meridionali Hollandiâ, &c. *Verhoeven.*

Nonnulli Velaviam, & eam Diœceseos Trajectinæ partem, in qua Amisfurtum est, Menapiis attribuunt; sed quam rectè ipsi videant. *Verhoeven.*

m Impudenter facit Hubertus Thomas Leodius, in libello de Tungris & Eburonibus, dum *Marsacos* temere in *Masacos* vertit, ut eo vocabulo oppidum *Maseick* designaret; quo nomine & reprehenditur à P. Divæo in *Antiq. Brab. Verhoeven.*

n Grotius hist. lib 7. *Geldros Velavo nomine (sunt qui olim Marsacos dictos putent) Rhenus ad Isalam effundit.* *Marsch* autem idem significare quod *Moer* nonnulli volunt ex Chron. Rhytmico sub Diderico I. *Dat hy gaf bosch, marsch, ende Sant. de Marsch*, etiam locus in Bataviâ inferiore *Meersshen i. e. Broecklandt*, Chron. Slavor. pag. 220. *Verhoeven.*

Mars-diep prope insulam Texaliam remanserunt. Alii sedes eorum ponunt in lacu Flevi, eo loco ubi insula *Marcken* ante Monachodamum hodie conspicitur.

Verum his disquisitionibus omissis, & quia brevitati studemus, ad rem redeamus, & situm urbis nostræ propiùs contemplemur. Ipsa est admodum jucunda, tanto nitore ac gratiâ, ut nihil ad venustatem ipsi desit, utque plures excellat, & multis exæquetur, situ, montium, vallium, amnium, sylvarum, hortorum varietate, amœnitate, agrorum item & pascuorum fœcunditate, frugum copiâ, rerum venalium affluentiâ insignis. Posita est in saluberrima aëris cœlique temperie, & ameno, feraci, atque commodo solo: Ab ortu enim & meridie agros habet omni frumentorum genere fertilissimos, crebrisque quercetis, & viridariis distinctos jucundissimis: Ab occasu longo tractu sunt arenosi colles, ericetum, & sylvæ cæduæ: A septentrione verò uberrima pascua, quæ ab Oceani Batavici brachio meridionali (de quo diximus) sesqui horæ spatio ab urbe alluuntur. Ut tribus dicam verbis, quacunque exeas oppido, semper occurrent tibi ambulationes amœnissimæ, quarum honesto oblectamento civibus aut otia temporis fallere, aut animus curis atque negotiis turbidus solari ac mitigare, in promptu est. Territorium circumcirca vulgò *Eemlandia* dicitur, estque una ex quatuor diœceseos Trajectinæ tetrarchiis, cujus incolas G. Heda in historiâ Episcoporum populos Hemanos vocat: Quamvis hoc possit restringi ad illos qui ripam Hemi sive Amisii juxta habitant, in quibus uterque pagus Emeneste, & Ter-Eeme, qui vulgò *Eemlanders* dicuntur. Dividitur autem hæc Tetrarchia à nonnullis in has quinque partes: 1. Soest & Baren. 2. Emenesse intra & extra aggerem. 3. Woudenbergh & Rensweoude. 4. Bunschoten & Eembrugge. 5. Leusden & Hoogelandt. Ab aliis verò in sequentes pagos & vicos juxta ordinem Alphabeticum dividitur: Asgat,

Bunschooten, Baren, Duyts & Haer, Donckelaer, Eembrugge, Emenesse intra aggerem, Emenesse extra aggerem, Hamersfelt, Hoogelant & Seldert, Leusden & Leusderbroeck, Matren, Marsbergen, Renswoude, Stoutenburgh, Snorrenhof, Sevenhuysen, Soest, Woudenberch, & Ysselt. Ut hoc autem obiter addam, statum hujus Tetrarchiæ florentem, vel inde licet intueri, quòd, cùm diœcesis Ultrajectina anno CIƆ. IƆ. XXV. Episcopo Henrico Palatino promisisset 46000 aureos, territorium Amisiamum, præter urbem Amisfurtensem, in hac summâ teneretur solvere 13500. florenos aureos, ut testatur Lamb. Hortensius *lib.* 2. *secessionum civilium Ultrajectinarum.* Totum verò agrum Amisfurtensem, dictumque territorium permeant rivuli & torrentes quamplurimi aquâ limpidissimâ; urbem undique cingunt pagi & vici non aspernandi, & egregia aliquot castella, nobiliumque virorum ædificia. Præcipuos autem pagos, qui sub hac Tetrarchiâ pertinent (ut omittam eos, qui juris Gelrici, & tamen oppido huic vicini sunt) adjicere hic visum fuit.

Bunscotia (veteribus etiam *Hegenscote* dicta) olim fuit oppidulum, quod nonnullis privilegiis municipalibus etiam à Florentio Wevelichovio Episcopo LI. propter fidelitatem ei præstitam donatum fuit, quorum diploma vernaculo sermone expressum (ne prolixior sim) vide in notis Buchelii ad Hedam. Destructa est & mœnibus nudata anno CIƆ CCCC XXVI. ab Ultrajectinis, duce Domino Johanne de Arkel; quòd ejectis Trajectinis militibus Hollandorum, id est, hostium partes secuti fuissent cives. Quamvis vero propius sit, eos à Domino Liledamo, Philippi Burgundi militiæ Præfecto, vi captos esse, ut ita Trajectinos à mari Austrino secluderet, quum obsidionem Amisfurti moliretur Burgundus, de quâ cap. XIII. videbimus. Anno etiam CIƆ. CCC. LV. Dominus Johannes de Egmondâ cum Hollandorum manipulis ipso S.

Ca-

Catharinæ festo accessit Bunscotiam; quod videntes incolæ, & arma corripientes validè illi occurrerunt, sed prostrati magnam partem sunt, occisis circiter octuaginta ex primoribus, ut ait Heda in Johanne IV. Episcopo XLVII. ubi in supplemento Ms. legitur: *Corruerunt in illo certamine* LXX. *de optimis Bunschotensibus*, *&c.* Reliqui id videntes quàm celerrimè oppidum repetierunt; Hollandi tamen re infectâ cum exercitu ad suos redierunt. Pagus est hodie maritimus, elegantiâ ædificiorum, & incolarum opulentiâ cæteris facilè præcellens. Continet agri mensuras nostras (quas *Dammeten*, vel *Dachmaten* vocant) CIↃ. CIↃ. CIↃ. CC. XXXII.

Eembrugge, pagus est in ripâ Amisii situs loco amœnissimo & opportuno, in quo arx est validi (ut antiqua ferebant tempora) operis. De quo sic vetus Chronicon Hollandiæ, *divis.* XXV. *cap.* VI. *Anno Domini* CIↃ. CCC. LIV. *Johannes de Arkel Episcopus Trajectensis bellum indixit Suedero Vytterloo, quod arcem Eembrugge cum portu & ponte ad Hemam fluvium sibi retineret. Verùm Ultrajectini & Montfortii cives pacem inter utramque partem fecerunt, his legibus, Ut D. Suederus arcem ab Episcopo in feudum acciperet, eique nullum ° Præfectum imponeret, nisi qui civis esset Vltrajectinus, ne quid detrimenti Episcopatus ex eâ pateretur, &c.* Et constat Winsemios, Ryneveltios, aliosque cives Trajectinos huic castro, nomine Castellanorum præfuisse, extantque hujus rei instrumenta. Deinde etiam arci huic addita sunt & alia munimenta à Florentio Wevelichovio Episcopo Trajectensi, anno CIↃ. CCC. XCIII. qui & circa id tempus alias arces diœceseos reparavit, ut Horst, Stoutenburgh, Vredelant. Postea verò ab Ultrajectinis invasa est, anno CIↃ. CCCC. LVII. eique contra Amisfurtios cum præsidio impositus Guilielmus de Wijck. Tempore Davidis Burgundi Episcopi LV. motus aliqui exterterunt inter Trajectenses, & Dominos de Egmond & Ysselsteyn, qui arcem

° Vid. libr. de jur. glad. cap. 19. n. 5.

 cem

cem Amisianam occupaverant, militibusque Hollandis & munitionibus instruxerant; sed Trajectini arcem expugnarunt initio anni CIↃ CCCC. LXXXI. ut Heda, sed ipso S. Lamberti die, ut vetus Chronicon Hollandiæ testatur, eamque destruxerunt & flammis consumpserunt. Quando autem & à quo instauratum sit hoc castellum, mihi non liquet; Saltem alicujus momenti posteriori seculo fuisse, constat ex Lamb. Hortensii *secessionum Ultraject. libr.* VI. ubi expugnationem ejus anno. CIↃ. IↃ. XXVII. magno molimine à Gelris factam narrat. Qui etiam inter postulata Amorfortiorum à Cæsare Carolo V. illud ponit, quod Amisianum castellum dirui petant. Idque tum temporis non videbatur è re esse; Sed æstate anni CIↃ. IↃ. LII. diruta sunt mœnia ejusdem castri; quo parceretur impensis quibus Cæsarea Majestas quotannis gravabatur alendis illic militibus: Quemadmodum sese in memoriis Andreæ Waelkens vicarii Ecclesiæ majoris Traject. reperisse dicit Gisb. Lappius à Waveren J. C. in notis suis ad eundem Lamb. Hortensium

Emenessa duplex est (ut jam ante dictum) intra aggerem, & extra. Hadr. Barlandus in Chronico Ducum Brabantiæ dicit se legisse in Commentariis quibusdam rerum Hollandicarum linguâ nostrate conscriptis hunc pagum fuisse milliarii unius longitudine. Anno CIↃ CCCXLVIII. inter Episcopum Traject. Johannem ab Arckel & Hollandos haud levis exorta est controversia, quæ in nervum sive bellum postremò erupit, de hujus pagi territorio: Hunc enim pagum cum Hollandi vi suum fecissent, & totum tractum novo *Oost-Hollandiæ* nomine appellare cœpissent, in adversum processit Antistes, ac victis pulsisque Hollandis antiquari novum illud Oosthollandiæ vocabulum fecit reduxitque ad suum obsequium universum eum Emenessæ districtum Anno CIↃ CCCCLXXXI. Magnum quoque incommodum passi sunt hi pagi ab Hollandis, qui Trajectinis bellum indixerant sub regimine

mine Maximiliani Austriaci. Quam rem narrare lubet verbis dicti Had. Barlandi in Chronico Ducum Brabantiæ: *Nardinum Hollandiæ oppidulum à Trajectensibus captum atque direptum est : Quam injuriam vindicaturi Hollandi cum exercitu haud contemptibili equitum pariter ac peditum profecti venère ad Emenessam. Hic pagus & amplissimus & munitissimus erat. Huc abegerant pecus omne suum finitimi omnes accolæ, & alia pleraque, ut lectos, vestes, aurum huc importaverant. Hos adorti Hollandi quum aliquamdiu oppugnassent, vicerunt, & victos ad unum omnes trucidarunt. Postremò direptis omnibus ædificia & publica & privata incendio consumpta sunt.* Hucusque Barlandus. Anno CIↃ. IↃ. XXVII. Christophorus Langius, qui in urbe Ultrajectinâ Gelricæ cohorti præerat, ipsis Calend. Septemb. cum quadringentis peditibus ad Emenessiorum agros effusâ populatione vastandos movit. Emenessii verò, quod pridie ejus diei commeatum aliaque usui necessaria in forum Ultrajectense venum deportassent, nihil minus quam hostilia operiebantur. Itaque pauci erant, qui se adventantibus objicerent; sed hi aut cæsi, aut fugati sunt: Cæteri, & armenta ferè universa Gelris prædæ fuerunt. Bellicis quoque calamitatibus obnoxia fuit Emenessa anno CIↃ. IↃ. LXXXIV. Mich. ab Isselt refert ad annum 1585. his verbis: *Taxius, Regii apud Frisios exercitus vicarius, cum parte sui exercitus in diœcesin Ultrajectensem irruit, & in pago Emenessensi consedit, ad vicinos pagos mittens, qui tributum exigerent, &c.* Sed potius Gallicè id referam verbis *J. Francisci le Petit in Chron. Belg. volum. 2. &c. lib.* VI. *sect.* IV. *Le Colonel Taxis, Lieutenant de Verdugo, Gouverneur de Frise pour le Roy d'Espagne, fit une course soudaine au pais d'Utrecht, & se rua sur le grand village d'Emenesse, ou ses gens commirent de grandes cruautez & emmenerent de là beaucoup de paisans prisonniers, avec une*

riche butin de toutes sortes de biens, & de bestail. Oriundus ex hoc pago D. Guil. à Radelant J. C. insignis, & Curiæ Trajectinæ Præses, cujus adhuc leguntur decisiones posthumæ.

Susatum (vulgò Soest, q Sous, Zoyse) etiam amplus & insignis pagus est, qui non parùm quoque incommodi ex Bellonæ furoribus perpessus est. Anno CIↃ. CCC. LVI.XIV. die mensis Martii Dominus Gisbertus de Nyenrode eques nomine Gulielmi Comitis Hollandiæ veniens ex Naerden cum multis ac bellicosis militibus incendit pagum Zoest, in ultionem Wesopii in Goilandiâ, ab Ulttajectinis antea capti & incensi. Econtrà verò Otto de Laer Marescalcus Episcopi Johannis ab Arkel in Eemlant, coadunatis sibi Amersfordiensibus, animose ipsos aggressus est, & cum Hollandis in prælium descendit prope Susatum, ubi crudele bellum exortum est, in quo primo congressu Nyenrodius lethaliter sauciatus est, ita ut è prælio avectus, hastisque Hollandorum ad oppidum Nerdam deductus sit; sed postremò Ottone Marescalco, & triginta sex Amisfurtiorum civium necatis, Hollandi victores extiterunt, ut habet Hedæ Chronicon MS. Lamb. Hortensius refert ad annum CIↃ. IↃ. XXVIII. Carolum Gelriæ Ducem CIↃ. IↃ. peditibus & CCC. equitibus in pagos Amisianos populabundum irruisse, & ad mulctam incendiariam compulisse, fuisseque Susatum, qui primus vicorum occurrebat, igne injecto ad reliquos terrendos exustum, Gelros verò, priusquàm vel Ultrajectini, vel Amisfurtii, vel Burgundi vires contraxissent, in Gelriam reversos. Quid autem hujus pagi incolæ damni retulerint Anno 1629. à Cæsareanis militibus, qui Amisfurtum occupaverant, nondum illis, qui adhuc in vivis sunt, excidisse puto.

q Vid. & *libr. de jur. glad. cap.* 19. *n.* 6.

Woudenberga, quasi mons sylvarum dicta, arcem quondam habuit cognominem, cujus vestigia supersunt prope templum. De eâ sic legitur in additionibus MSS. ad Chronicon J. Bekani: *Eodem anno* (scil. CIↃ. CCC. LII.) *Dominus Gisbertus*

tus de Abcoudâ emit castrum de Woudenbergh erga Dominum Johannem de Woudenbergh, [r] *fratrem Domini Huberti Schenck de Culenburgh in prælio Hasselensi à Leodiensibus interfecti. Filius vero Domini Johannis de Woudenbergh ex instigatione & subsidio Domini Johannis de Culenburgh. quadam nocte infra suburbium latens pontem cum suis extemplo præoccupavit, portam ulteriorem introivit, castrum cepit, custodes effugavit, & firmo munimento cum suis complicibus munivit. Gisbertus verò de Apcoudâ de amissione castri turbatus, & hanc violentiam molestè ferens, conquerebatur eandem violentiam episcopo, supplicando ut ipse hanc ulcisci vellet injuriam. Episcopus verò cum multis belligeris propterea circumvallavit idem castrum, impugnando turres & moenia diversis ingeniis quoadusque castrenses urgente penuriâ victualium in deditionem transirent episcopi, post* XVII. *septimanas, & ipsum præsidium eidem liberè resignarent; Episcopus verò castrum funditus destruxit.* Hactenus MS. illud. In quo observandum ad vocem, *Ingeniis* &c. *ingenia* veteribus dicta fuisse instrumenta & machinas bellicas; unde & remansit vocabulum *Ingenieurs*, id est, Rei machinariæ, seu machinarum bellicarum Præfecti. Vide Lipsium *Poliorcet. lib.* I. *Dial.* III. Galli *Engins* vocant. Episcopus autem hic fuit Joannes ab Arkel, XLVIII. Præsul Ultrajectinus. Sunt præterea in hoc pago tria non exigui nominis castella, *Geeresteyn*, Zulenorum, mox Polliorum, nunc verò Liendeniorum dominium; *Groenewoude*, peculium D. Bertrandi van Eck, oriundi ex illustri & generosâ stirpe Pantaleonum apud Romanos, & *Lichtenberch*, de quo vide Historias Gelricas Arn. Slichtenhorstii J. C. *lib.* XI. *cap.* II.

[r] Fratruelem debuisset dicere. *Verboeven.*

Sunt præter hæc in viciniâ aliquot alia castella, ut *Hogerhorst*, *Oyevaershorst*, *Marsbergen*, aliæque nobilium, & opulentiorum civium domus elegantissimæ: inter

quas

quas amœnitate loci longè eminet *Mons sacer*, de quo nihil aliud inpræsens dico, nisi eum reverâ esse gratissimum Phoebi & Musarum recessum, ubi Poëtæ relictis hominum cœtibus, urbanoque strepitu, solitudinis quærere silentia, atque ad lene murmurantes rivos, inter volucrum cantus, & sub arborum umbris, facili & suggerente Minervâ carmen effundere possunt. &c. Mihi certe recordatio voluptatis non semel votum hoc expressit:

Este bonæ mihi Pegasides, pia Numina, Nymphæ,
Ac date rursus eo ponere monte pedem;
Semper ubi serpit cristallo lympha liquente,
Et Phœbi lauros ambitiosa rigat.

Floruit etiamnum Anno CIↃ.CCCC.LXIV. arx *Stoutenburgum* (in aliquibus veteribus MSS. legitur *Stuthenborch*) quod Anno CIↃ.CC.LIX. à D. Waltero de Amersfordiâ extructum diximus, & à D. Everardo de Stoutenburch venditum Guidoni Hannonio episcopo Traject. XLII. Ex quâ familiâ de Amersfoort, Stoutenburgh, & Weede, aliæ etiam nonnullæ haud infimi nominis stirpes sunt propagatæ; ut, Oldenbarnevelt, vander Hair, Lielaer, Davelaer, vanden Beeck, &c. Ex quarum ultimâ ortus est inter alios Johannes de Bekâ Canonicus Ultrajectinus (incertum hactenus cujus ex quinque Ecclesiis) qui scripsit historiam Episcoporum Ultrajectensium. Ejusdem etiam familiæ est Sibertus à Bekâ, ordinis Carmelitarum Provincialis, Philosophus, Mathematicus, & Historicus, qui vixit circa annum CIↃ CCCXX. Alii hunc Gelriensem faciunt, cum tamen sit ex verâ militiâ nobilium de Amersfoort prognatus.

Etymologiam nominis hujus oppidi auctores variam tradunt: Siquidem aliqui à vicinò loco Hamers-velt dictum existimant; qui locus rursum, illorum saltem opinione, dictus sit à domicilio cujusdam fabri ferrarii, cui pro insigni erat malleus: Quas ædes, unà cum tabernâ è regione, & sacello

S. Spi-

S. Spiritus, ferunt ante urbem conditam extitisse circa forum piscarium, ubi tum temporis trajectus quidam fuerit in usum eorum qui è Gelriâ & Transisulaniâ Ultrajectum petebant. Sed proculdubio ignorantia veri, ut multarum nugarum, ita & hujus fabulæ author fuit: Cuivis enim manifestum est quam crebrò & facilè peccent in corrumpendis nominibus propriis ignorantiâ veteris historiæ indocti scriptores. Nos autem talibus omissis dicimus urbem dictam esse à fluvio *Amisio*, vernaculè *de Eem*, quasi dicas *Eemsfort;* quanquam vir doctissimus Hadr. Junius, nec Bataviæ suæ pœnitendus, dici velit *Amersfurt*, vel potiùs *Amisfurt*, inque vocabulo *furt* non esse præsidii aut munimenti, sed trajectus significationem, ut in Francofurti, Sweinfurti, Erfurti, Clagenfurti, Steinfurti, aliarumque civitatum nominibus. Nonnulli putant anno CIↃVI. urbem hanc dictam fuisse *Backefort*, idque ex litteris Ansfridi episcopi. *cap.* I. allatis probare conantur; Quam rectè autem, ipsi dispiciant. In veteribus Chronicis circa annum CIↃ CC. vocatur *Amsvorde*, item *Hemerfurt*, & *Heemsfurt*. Guil. Heda ad annum CIↃ CCCLI. vocat *forum Hemanum*. Nos nomen *Amisfurti* hodie libenter cum multis viris doctis usurpamus. Ioannes Beverovicius Senator & Medicus Reip. Dordracenæ in tractatu suo vernaculo de excellentiâ sexus fœminei, *lib.* III. *cap.* V. putat nomen oppidi derivari à fluvio Amisio (*de Eem*) & prædio olim suburbano, sed à Gelris in bellis contra Episcopos Traject. destructo, cui nomen fuit *Voordt;* quasi dicas inquit, *Eems-voordt*. Addit etiam à dicto prædio nomen suum habere familiam *de Voordt*, jam nuper extinctam in Iohanna de Voordt, uxore D. Cornelii à Deuverden J. C. & prætoris Amisfurtensis. Quod posterius quamvis non improbem, priori tamen opinioni de etymologiâ urbis assentiri minimè lubet, idque propter rationes jam dictas.

Est & alia notatio nominis hujus oppidi, sed quam ex

 erudi-

eruditorum festivâ allusione derivatam nemo dubitat : Nimirum urbem dictam esse ab Amore forti, unanimi nempe civium inter se concordiâ & tranquillitate ; Quò etiam spectant versiculi Cl. viri D. Theodori Schuttii, M. Doctoris, & Scholæ Amisfurt. Rectoris, mihi plurimis nominibus observandi. Sunt autem hi :

Blandus Amor, cupiens pulchrum sibi condere regnum,
Dulcis ad Amisii ripam, nova mœnia nostris
Struxit avis, urbemque suo de nomine dixit ;
Et colles dedit, & rivos, & amœna vireti
Rura, quibus stabilem figat pax aurea sedem ;
Et cum pace salus, & pleno copia cornu,
Tum lætis rebus non vilis gloria Musæ.

CAP. III.

De amplificatione urbis, & civibus.

COnstat ex priscis scriptoribus circa annum Christi CIↃ CC. Amersfordiam adhuc fuisse villam, & non oppidum. Anno autem [f]CIↃ CCLVII. Henricus de Vyanden (quem multi perperam de Vyanen vocant) Episcopus Trajectensis XXXVIII. incolas multis privilegiis & immunitatibus donavit, atque inter alia iis dedit jura, quæ vocant municipalia, vernaculè *Burger rechten* vel *Hant-vesten*. Hic etiam dicitur villam muris circumvallasse, & ex castro nobilium Dominorum de Amersfoort in oppidum mutasse [t]Primæ litteræ, in quibus civitas Amersforde vocatur, datæ sunt ab Ioanne de Zirich Episcopo XL. feriâ V. in die B. Odulphi, anno CIↃ CCXCV. & confirmatæ deinde per Guilielmum Episcopum XLI. anno CIↃ CCXCVIII. in crastino nativitatis B. Joannis Baptistæ. Quo tempore data est Amersfortensibus

f CIↃ. CCLIX. habet charta Henrici quam Lector infra inveniet ad Auctorem incertum. *Matthæus.*

t Non satis cohærent hæc. Primæ literæ, ut jam dixit, sunt Henrici de Vyanden vel ut alii de Viana Ann. 1259 Et has Wilhelmus confirmat Ann. 1298. non Joannis Zyricii. *Vid. lib. 3. de Nobilit. cap. 1. p. 844. Matthæus.*

ſibus eadem libertas, quæ Ultrajectinis, excepto quòd Amerfortii debeant ſequi bella Epiſcopi, dicta *Heere-vaert*, ipſique ſolvere precariam, annuatim x. libras monetæ Trajectinæ. Hoc tempore Scabini majoris fuerunt dignitatis, quàm Conſules. Anno CIↃ. CCC. XCIX. ſummum jus habuerunt Burgimagiſtri, ſive Conſules.

Parvum autem, vel potiùs mediocre oppidum initio fuiſſe, ex antiquis foſſis & ædificiis, mœnium vice in orbem extructis, liquido apparet: Poſtea vero rebus magis florentibus, novâ civitate veteri circumdatâ, vehementer ejus pomœria extenſa ſunt. Oppidum ſatis amplum eſt, ita ut vix tribus horæ quadrantibus ambiri poſſit, muro undiquaque alto cinctum, interius arcuato, multiſque in ambitu turribus inſtructo. Olim murus hic vallo terreo extra fuit præcinctus; ſed jam à multis annis terra interiori murorum parti adjecta eſt, præterquam inter portam, vulgò dictam de *Slyckpoort*, & munimentum prope portam, de *Koppelpoort* nuncupatam, ubi vallum adhuc exterius manet. Munitione, aut potius, inſtauratione mœnium celebris eſt annus CIↃ. IↃ. LXI. Cæterum urbs arte magis, quàm naturâ, idque ob rationem loci, munita eſt: Quippe ob vicinitatem montium, colliumque, & loca arenoſa debilior creditur. Portas majores cum ſuis penſilibus pontibus habet quinque & tres minores. Publica privataque ædificia haud inelegantia, præſertim in urbe veteri; in novâ quidem magnificæ, ſed raræ ædes ſunt, amœnitate tamen ſuâ ſatis laudabiles, quarum incolæ ruri habitare urbem, & rus in urbe dici poſſunt.

Incredibilis annonæ copia hic ad fora rerum venalium advehitur, quæ maximam partem in vicinia loca deinde mittitur. Accedit ingens numerus curruum, fructibus arboreis, cerâ, melle, lanâ, & quercino ligno onuſtorum, quæ omnia navigiis in Hollandiam, Friſiam, &c. devehuntur. Ex

Velaviâ tantus fagopyri ſeu panici in urbem proventus venit, ut uno die ſæpiſſimè 70. laſtæ in foro reperiantur, præter alia frumenti genera. Commercium quoque goſſypiorum, ſive xylinorum adeo frequens eſt, ut quotannis circiter 40000. ejuſmodi panni hic conficiantur. [t] Opificium etiam laneorum pannorum indies augetur, quæ hic curâ Magiſtratus non vilis pretii conficiuntur. [v] Plantatio pati, ſive Tabaci, ab anno 1615. cœpta adeò crevit, & bene ſucceſſit, ut non exiguum inde quæſtum cives fecerint.

[t] *Circiter 388. touwen ſlaht, quos H. Junius vocat tibicines in Nomenclat.*

[v] Henr. Ouderſin deſcriptione vernaculâ.

Cives plerique aut ſuo cenſu vivunt, aut agriculturæ, lanificio, mercaturæ, vel nutriendis bobus operam dant, quæſtumque non exiguum faciunt. Commercium verò hordeacei potus (cereviſiam vulgò appellamus) omnibus vicinis valdè appetiti maximè quondam hic viguit, uti hodieque e multis ædificiis, quæ faciem iſtius coctura referunt, videre eſt, ut & ex feneſtrâ vitreâ in majori Templo D. Georgii, quam coctores cereviſiarii dono iſti eccleſiæ dederunt, cum hac vernaculâ inſcriptione:

Men ſach wel eer in't Amersfoortſche dal
Drie hondert en vijftigh Brouwers leven;
Maer die daer nu noch zijn in't getal,
Die hebben dit glas alhier gegeven.

Rationem hujus ferè incredibilis numeri coctorum zythi, ſive cereviſiæ, ex eo nonnulli deducunt, quòd olim iſta coctura non adeò communis fuerit omnibus civitatibus & pagis, ſed urbibus nonnullis quaſi peculiaris, à quibus iſte potus longè lateque avehebatur: Quò ſpectat illud apud Pontanum in hiſtor. Gelricâ, *lib.* IX. ad annum CIↃ.CCCC.LX. ubi de querelis urbium Gelricarum ſuper injuriis ſibi illatis à militibus Epiſcopi Trajectini: *Inter civitates*, inquit, *oſtendebant Vageningenſium incolæ, ſibi à Trajectinis mercimonia ſubinde ſua, ac plauſtra cereviſiâ ſimili-*

que

que commeatu onusta, quæ Amersfurto veniebant, circa Leersæ pagum erepta, Trajectumque deportata, aliaque ab iisdem illata suis incommoda, quorum restitutionem efflagitabant, &c. Contentionem quoque inter Nardenos & Amisfurtenses, quod Nardeni apud se exaggerassent vectigal cerevisiæ Amisfurtensis, vide in historiâ rerum Ultrajectinarum Lamb. Hortensii *lib.* VII. Qui & eodem libro inter conditiones, quibus Amorfortii sese anno CIƆ.IƆ.XXVIII. Carolo V. Cæsari submiserunt hanc ponit: *Civitas Amorfortia, quoniam aliquanta parte a negotiatione & mercimonio cocturæ cerevisiariæ celebritatem suam nundinationemque habet, permittet Cæsar, ne quis intra sesquimilium à civitate cerevisiam coquat ultra in ditione Gelriæ, ubi eam sui imperii fecerit, juxtà ac cis in inferâ regione, &c.*

Quantum ad mercaturam attinet, per Amisium flumen ex vicinis regionibus, præcipuè autem ex Hollandiâ & Frisiâ, omnigenæ merces in urbem importantur, quibus sese exonerantes nautæ rursus aliis ex urbe nostrâ petitis mercimoniis eò tendunt, unde venerant. Sed quia fluvius, qui hodie veteris Amisii nomen obtinet, minùs idoneus navigationi videretur, amplus satis ac profundus fodi cœpit rivus anno CIƆ IƆ LVI. qui novus Amisius dicitur, ubi etiam sacerdotes senatus decreto fodere sunt coacti, aut hominem aliquem in locum suum substituere.

Certè in hac placidâ & tranquillâ valle inter cives nullus extat luxus, sed convictus facilis, sine arte mensa, ut Martialis loquitur. Nulla cernitur ambitio, quod vitium ubique magno cum Rerumpublicarum detrimento ingravescit. In conviviis, in vestibus, in supellectile, mundiciem amant, & ingenuam suavitatem, sumptus & pompam contemnunt. Didicerunt ab avis suis honestè & parcè epulari, ac vestiri. Inter se, non ut in urbe, sed ut in eadem familiâ, unanimes

vivunt, expertes factionum, quibus alibi omnia flagrare solent, & collidi. Cives admodum studiosi sunt peregrinationum, ita ut vix ullus orbis terrarum sit angulus, in quo non reperiantur Amisfurtenses: Unde & nonnulli ad supremas dignitates extra anni solisque vias pervenerunt. Neque tantum delectantur musicâ, & aliis artibus, quas *semi-liberales* vocant; sed tantæ plerumque sunt eruditionis, ut jam intra centum circiter ab hinc annos inter cives quartus vix inveniatur, qui non mediocriter humanioribus studiis imbutus, & linguæ Latinæ gnarus sit: mercaturæ enim & opificiis destinandi multò antè Latinè sonare discunt, quam qui mercaturæ aut opificii tyrocinium incipiant. Quo non parùm facit amplissimum liberaliori juventuti erudiendæ, magnis oppidi sumptibus, jam olim institutum [x] Gymnasium, cui hocce & præcedente seculo præfuêre viri doctrinâ, & moribus longè præstantissimi, Petrus Montanus (summus Des. Erasmi amicus, circa annum CIↃ IↃ VII.) Arn. Novesius, Christoph. Vladeraccus, Justus Bileus, Joan. Corn. Gesselius, Iacobus Hovius, hodieque summâ cum laude præest V. CL. D. Theodorus Schuttius Medicinæ & Philosophiæ Doctor. Celeberrimæ huic scholæ Anno CIↃ IↃ LXVIII. additum fuit seminarium pauperum, sancti Spiritus dictum, quod jam longis intercidit annis. Aliquamdiu etiam publicæ lectiones parentum nostrorum memoriâ habitæ sunt in templo B. Joannis: ubi D. Levinus Botterus, [z] J.C. & urbi à secretis Institutiones juris, Joannes Gesselius Gymnasiarcha Taciti Annales, & Egbertus Staverdenus Philosophiam prælegebant. Sed laudabile hoc institutum grassante pestilentiâ, & dilapsis auditoribus, evanuit. Celebritas tamen trivialis (ut vocant) scholæ permansit, ad quam studiorum gratiâ è viciniis provinciis flos Belgicæ juventutis mitti solet, totque illustres, doctissimique viri ex hoc ludo litterario τὸ εὖ ζῆν attulêre, ut [c] eorum numerus iniri nequeat. Inter alios autem magni nomi-

[x] Illustrium virorum nutrix semper extitit & alumna, qui hic nati, vel edocti & instructi, tantis floruere præconiis, ut viventes ætatis suæ hominibus ad virtutem fuerint adjumento, & vitâ functi posteris, tanquam extenso digito, rectam ad laudabilem vitam viam demonstraverint. *Verhoeven.*

[z] Item de scholâ vide præfationem Christoph. Vladeracci in polyonyma Ciceroniana quæ dedicavit S. P. Q. Amersfordiano; ubi & multa de viris doctis Amisfurto oriundis, aliaque urbem nostram spectantia in medium adfert. *Verhoeven.*

minis Heroum filios in hoc Gymnasio jam nuper litteris operam navarunt Andreas de Castanea de Sylvas, filius Regis in Soyen, & Marcus de Fretis, filius Regis in Kielang, ex Indiâ Orientali, cum quatuor aliis popularibus suis. Non pauci igitur viri docti ex hac urbe prodierunt, Imperatorum, Regum, Principum, & Rerumpublicarum Legati, Consiliarii, Medici, in omnium artium, linguarum, scientiarum genere versatissimi, quorum præcipuos aliquos hic recensere operæ pretium [a] existimavimus.

[a] Sine invidiâ possumus laudare tot insignes viros jam vitâ functos. Possemus & sine invidiâ vivos, de quorum ingenio, solidaque eruditione posteritas judicabit, quæ nostra ætas admiratur. *Verhoeven.*

CAP. IV.

Theologi, & Ecclesiastici, Amisfurto oriundi.

[b] Ut igitur à Theologis auspicemur, inter vetustissimos recensetur *D. Guilielmus Henrici Amersfordiensis*, Theologiæ & Juris Canonici Doctor, Gymnasiarcha, & postea primus Rector fratrum bonæ voluntatis, sive Hieronymitarum Amisfurti, & deinde Antistes, seu (ut vulgo dicunt) Generalis totius ordinis S. Francisci tertiæ regulæ.

[c] *D. Elias Amersfordiensis*, Theologiæ Doctor & Professor in Academiâ Basiliensi, cujus & libri supersunt. Fuit quoque ejusdem Universitatis Cancellarius.

[d] *D. Jacobus Thymæus*, vulgò *Jac. Amersfordiensis* dictus, Lib. Art. Magister, eximiis muneribus in Academiâ Coloniensi functus est: Fuit enim Præses Collegii Laurentiani, ut & Theologiæ Professor, & Pastor Ecclesiæ S. Johannis Baptistæ. Extant ejus Commentaria in libros Aristotelis de generatione & corruptione; Item in meteora ejusdem. Huic epitaphium scripsit D. Rudolphus Langius Nobilis & Canonicus Monasteriensis, in quo inter alia hoc legitur distichon:

[b] Inspicienda erunt Elogia Aub. Miræi, & Bibliotheca Belgica Valerii Andreæ Dessellii.

[c] Fratres bonæ voluntatis institutores habent Ger. Magnum & Flor. à Radewyn. Chron. Windesem.

[d] De tempore quo hic Jacobus vixerit, parum mihi comptum esse fateor; Ideoque temerè quid statuere

Hunc

Hunc terris Amsforda dedit, virtutis alumnum,
Doctrinæ columen, nunc tenet astra pius.

D. Marcellus Lentius, Prior Capituli Windesemensis & deinde Generalis Canonicorum per utramque Germaniam.

D. Henricus Ruysch, Vir nobilis, ordinis Hierosolymitani Eques, Mandator, seu (ut alii vocant) Commendator in Ingen, virorum doctorum Mæcenas munificentissimus. Hujus donum exstat fenestrá ingens vitrea cum effigie ejus in templo D. Georgii, additis his verbis, quibus videtur author carmen hexametrum exprimere voluisse.

Donum Henrici Ruysch Commendatoris in Ingen.

D. Theodorus ab Emden, Præfectus monialium S. Agnetæ Gorcomii ann. 1572. unà cum aliis Ecclesiastici ord. viris prope Brilam à comite Lumæo immanissimè strangulatus, non solùm improbantibus, sed ægerrimè ferentibus DD. Ordinibus, & Principe Auriaco.

(Margin note: re non ausim. Sed ex ætate authoris dicti Epitaphii non nihil conjicerè licet. Is autem vixit anno 1494. ut testis est Vir clariss. & ob multijugam eruditionem celeberrimus G. J. Vossius ὁ *μακαρίτης*, *lib.* 3. *de Historic. Latin. cap.* 10. *Verhoeven.*)

D. Nicolaus Zoesius, Juris Canonici Doctor, ob summam probitatem atque eruditionem creatus Consiliarius in supremâ Curiâ Mechliniensi. Sed antea fuerat Officialis episcopi Tornacensis Ioannis Vendevillii, qui obiit Anno cIↄ. Iↄ. XCII. ejusque vitam descripsit Zoesius, impressam typis Bogardi, Duaci. Demum anno cIↄ. Iↄc. XIV. electus est in Episcopum Sylvæducensem. Cum adhuc esset Canonicus & Officialis ecclesiæ Tornacensis, emit ædes magnificas Lovanii in usum Collegii, quod vocant Falconis, quibus in ædibus illud Collegium etiammum est. Episcopus autem existens Sylvæducensis fundavit in eâdem Academiâ Lovaniensi Collegium S. Willebrordi, moriensque in subsidium studiosorum omnes suas opes Collegio legavit. Alumni, ut recipiantur, donati in Artibus laurea esse debent, studio Theologico operam dare, Baccalaureatum in eo adipisci, ac tum ad suscipiendam animarum curam sese præparare. Alumnis tamen Amisfurto oriundis permittitur, ut Artibus & Philoso-

Philosophiæ studere possint. Obiit Lovanii ex febre, quæ eum vix aliquot dies tenuit, *Anno* cIↄ. Iↄ c.xxv. *Augusti* x11. *die.* Corpus Sylvamducis translatum est, & sepultum in S. Johannis primario Templo, addito hoc Epitaphio:[d]

D. O. M. S.

D. NICOLAUS ZOES EPISCOPUS BUSCODUCENSIS

MAGISTER LIBELLORUM SUPPLICUM, ET CONSILIARIUS MAGNI CONCILII,

Frequentioribus Cleri, populique, ac devoti fœminei sexus precibus se commendatum cupiens, hoc loco vivens sibi monumentum elegit.

Vixit annos Lx1. *&* *dies* xv11.

Præfuit Ecclesiæ Buscoducensi

Ann. x. *mens.* 111. *&* *dies* x11.

Obiit Anno M. DC. XXV. *Die* xx11. *Augusti.*

D. Michael ab Isselt, Theologus & Historicus insignis, neque modò diversarum literarum peritus, sed & concionibus ad populum, & scriptis apud eruditos clarus. Circa annum cIↄ. Iↄ. xc. Pastor ecclesiæ Noviomagensis fuit, quâ urbe ab Auriaco principe occupatâ, Coloniam concessit, ubi aliquamdiu habitavit, & scripta sua edidit. Deinde Hamburgi Parochum Catholicorum egit. [e] In historia sui temporis ad annum 1580. vocat Isselt prope Amersfordiam avorum suorum dominium. Anno 1579. in exilium, ut vocat, abiit, in dicta historia ad dictum annum. Ad annum 1580. ubi de Hattema Regi Hispaniarum dedita loquitur, ait arcem Hattemensem quondam sedem fuisse Michaelis a Pomeren fortissimi Gelriæ Ducis Caroli Archistrategi, avunculi sui. Edidit anno 1584. historiarum de bello Coloniensi libros IV. quibus præfixa sunt multorum virorum doctorum elogia, in quibus inter alia a Jodoco de Weert Antwerpiensi vocatur Clarissimus, nataliumque splendore

d Exstat ad Nicolaum Zoesium (tum temporis in supremâ Curiâ Mechliniensi Senatorem) epistola Erycii Puteani in Bellariis, sive *Centuriâ III. Epist. LXX.* Epitaphium autèm omnino simile est illi, quod Carolo Borromæo Card. positum est in Archiepiscopali suâ urbe Mediolano Anno 1584. *Verhoeven.*

e In eadem ad Annum 1569. *Quod si nunquam Albanus in animum induxisset, forte floreret nunc Belgium, non jaceret nunc conculcata religio, non plorarent tot viduæ & orphani, non lugerent amissis tot opibus incolæ.*

& eruditione ornatissimus vir. Et in alio carmine Cornelii Neoclesiani Art. & Philos. Magistri dicitur,

Omnia composito tradit sermone Michael
Cui par ingenio est nobilitate genus.

In Carmine autem M. Joannis Benningii Amorfortii & dicti Iodoci de Weert, ut & Jordani Louff I. U. Licentiati effertur ejus eruditio. Vitæ diem extremum clausit Anno CIↃ IↃXCVII. XVI. Cal. Novembr. Sepultus in monasterio veteri juxta Hamburgum, sine ullo monumento. Scripsit & edidit, De bello Coloniensi libros IV. Historiam sui temporis, ab anno CIↃ IↃ LXVI. ad annum CIↃ IↃXCVII. Coloniæ, in octavo. Multa præterea vertit ex Hispanicâ & Italicâ linguâ, quæ vide apud Fr. Sueertium in *Athenis Belgicis*.

D. Christianus à Beusecom, Theologiæ Doctor, & Catecheseos Professor Lovanii, Præses collegii Regii.

D. Everardus Hezius Theologiæ Licentiatus, collegii S. Willebrordi ibidem Regens.

D. Gualtherus de Bruyn, S.S. Theologiæ Doctor & Professor in Academiâ Ultrajectinâ, ibidemque ecclesiæ Pastor. Obiit anno CIↃ IↃCLIII. die VII. Julii.

læ, non errarent per orbem tot exules, nec ego pisces Transalbinos comederem. In eadem ad Ann. 1580. Paulo post Franciscanos magna cum insolentia urbe ejecerunt: eorum monasterium in quo patris mei, olim urbis hujus (loquitur de Leovardia) *Medici, monumentum erat, misere diripuerunt.* Ad eund. Ann. *effractisque templorum foribus in Soest, Baaren, Leusden, Isselt, avorum meorum domicilio &c.* Matth.

C A P. V.

Jurisconsulti, & Politici, qui Amisfurta natalia sua debent.

VEnerari & eorum memoriam decet, qui Juris & Politices scientiâ tanquam sidera fulserunt, patriamque suam exornantes ejus gloriam non siverunt intermori, quos ætatis prærogativâ antecedit

D. Iohannes Vonckius, Præpositus ecclesiæ B. Mariæ Ultrajectinæ: mox apud Colonienses factus Præpositus insignium ecclesiarum S. Severini, & ad gradus B. Mariæ. Deinde creatus

tus est Ordinis aurei velleris Cancellarius, & inter XII. viros Concilii Status non infimum habuit locum. Tandem post multas Legationes, & Cæsaris Caroli V. Regisque Philippi II. præclarè peracta negotia, à Rege in Hispaniam vocatus est, & rerum ibidem Belgicarum Præses creatus. Anno CIↃ IↃ LXXIX. mense Majo, unà cum Carolo Arragonio, d'Assonvillio, &c. Legatus Regis Philippi II. de pace cum Unitarum Provinciarum Ordinibus egit Coloniæ Agrippinæ sed frustra. Anno CIↃ IↃ LXXXIII. missus est à Rege Hisp. Legatus ad Comitia Imperii Augustæ. Obiit anno CIↃ IↃ LXXXV. mense Octobri Monsoni in Arragoniâ, quo unà cum Rege venerat. Mentionem ejus facit Lud. Guicciardinus in descriptione Belgicæ *ubi de Amisfurto.*

D. Albertus Sapidus (de Wÿs) patritiâ apud suos & opulentâ familiâ natus, Imperatorum Ferdinandi I. & Maximiliani II. Consiliarius. Post XX. annorum peregrinationem & absentiam tandem quasi postliminiò patriam urbem & domum repetiit, Principis instar ornatus & comitatus; moxque magistratui & propinquis regale epulum dedit. Deinde omne patrimonium, quod amplum ei fuit, sorori suæ donavit: Reversusque ad Imperatorem ab eo Legatus missus est Constantinopolim, ad Turcarum Imperatorem, ubi vitæ finem habuit anno CIↃ. IↃ. LXVIII. die XXI. Octobris. Sepultus in templo Minoritarum in oppido Perâ, è regione Constantinopoleos, quod etiam ad Galatas vocant.

D. Paulus Busius, natus est anno CIↃ. IↃ. LXXI. Creatus est anno CIↃ. IↃ. LXXII. Ordinum Hollandiæ Assessor & Advocatus. Ann. 1573. Consiliarius Status, cum Principe Auriaco III. & IV. *Augusti* interfuit perforandis aggeribus Rheni & Mosæ ad levandam obsidionem Leydæ. Postquam diu exul & ab Hispanis exagitatus fuerat, quod inter primarios confoederatos tyrannidi Ducis Albani sese opposuisset, cum adhuc esset Reip. Leidensis Syndicus, nomine DD. Or-

 di-

dinum Generalium legatus est ad pacificationem Bredanam anno CIↃ IↃ LXXV. Eodem anno cum D. Aldegondio & Maelsonio in Angliam opem Reginæ postulaturus. Anno CIↃ IↃ LXXVI Principis Auriaci & Foederatorum nomine ad Pacificationem Gandavensem. Eorundem nomine Anno CIↃ IↃ LXXVII missus ad Guilielmum Arausionensium Principem, ut perpetuo edicto subscriberet. Unioni quoque seu fœderi Ultrajectino nomine Ordinum Hollandiæ & Westfrisiæ una cum Domino de Poelgeest & Reinero Cant subscripsit ann. 1579. die 23. *Ianuarii*. Fuit & Curator Academiæ Lugduno Batavæ, quod munus ipsi per epistolam gratulatur L. Lipsius *cent. miscell.* 1. *epist.* 89. Anno CIↃ IↃ LXXXIII. IV. *Id. Iul.* cum diu inter socias Belgicæ Provincias disputatum fuisset de patrono sibi eligendo conclusum tandem est Rempublicam Galliarum Regi in manus tradere, ejusque absoluto regimini credere, conditionibus tamen tam honestis, quam Legati possent pacisci. Cui sententiæ viri aliquot insignes adversabantur, atque inter eos Paulus Busius J.C. Hollandiæ Advocatus, vir magnæ experientiæ, & ab initio belli bene de patria meritus. Qui in Gallorum auxilio exiguam spem collocans, tum ob religionis diversitatem, tum ob intestinos, quibus regnum illud infestabatur, tumultus, neque suam opinionem ab aliis probari videns munere suo sese abdicavit, & lare privato vivere instituit. Ita fere Meteranus *lib.* 12. *ad Ann.* 1584. Idem Meteranus *lib.* 13. *ad Ann.* 1585. postquam inter Legatos foederatæ Belgicæ ad Reginam Angliæ P. Busium nominasset ita pergit: *Hic P. Busius antea Consiliarius & Advocatus Hollandiæ munere suo se abdicaverat, cum Provinciæ decrevissent Remp. Gallorum Regi offerre, & hactenus lare privato vixerat, donec Ultrajectini ab ipso peterent, ut hanc Legationem ipsorum nomine obiret &c. Quod Hollandorum nonnullis displicuit eoque magis, quod Ultrajectini non nisi ultimo Legationis puncto ex-*

pro-

promere vellent, quem Provinciæ suæ nomine in Angliam mitterent. Idem Meteranus præterea mentionem facit captivitatis P. Busii, quæ ipsi immerito accidit ab hominibus factionis Leicestrianæ anno 1587. Cujus & honorificam mentionem faciunt literæ DD. Ordinum Generalium ad Comitem Leicestriæ in Angliam missæ die 4. *Febr.* 1587. Quas vide apud eundem Meteranum *lib.* 14. *edit. Hagiens. fol.* 269. De ista etiam apprehensione, quam propter defensionem patriæ Busius noster passus est legatur Ever. Reidanus *rerum Belgicarum lib.* VII. ejusque interpres Latinus juvenis doctissimus, mihique in Academia Leidensi quondam familiaris Dionysius Vossius. Ex quorum narratione apparet, quam sinistre & malis artibus egerit hac in re Leicestrius. Consiliarius etiam Status fuit Unitarum Provinciarum Anno 1586. Quum deinde magna in Rempubl. incidisset mutatio, & sponte se dignitate sua abdicasset Ann. CIↃ IↃ LXXXV. Ultrajectum evocatus Curiæ Provincialis Consiliarius designatus est. Postea a Rege Daniæ multisque aliis Principibus magnis stipendiis invitatus patriam deserere noluit, & Chomarcha Rhenolandiæ factus, in Dominio suo Capelle diœceseos Ultrajectinæ obiit Ann. CIↃ IↃ XCIV. die XIII Aprilis. Multa de eo passim occurrunt in [f] annalibus Belgicis.

[g] *D. Joannes ab Oldenbarnevelt*, Eques, Dominus in Stoutenburgh, Tempel, Rodenriis, Berckel, &c. Ex nobili apud Gelros prosapiâ oriundus, & per matrem Delianam de Weede familiam de Amersfoort & de Stoutenburch (de qua suprà cap. I.) sanguine contingens. In primis tumultibus Belgicis propriis sumptibus eques militavit Guilielmo Auriaco, & adhuc tempore obsidionis Harlemensis anno CIↃ IↃ LXXIII. Postea fuit Syndicus Reip. Roterdamensis. Denique anno CIↃ IↃ LXXXVI. in Martio in summo Patronatu DD. Ordd. Hollandiæ & Westfrisiæ Paulo Busio successit, singularique prudentiâ turbas in Rep. ortas compescuit. Quinque Legatio-ni-

f Infra etiam in notis ad Anonymum ex Chronico Aganthensi ad Ann. 1573. & 1582. *Matth.*

g H. Grotius *lib.* V. *Annal. Belg. Perpetua est dignitas Advocati Hollandiæ. &c. Hoc munus à P. Busio ab initiis belli cum laude administratum excipit mox J. Oldenbarneveldius, auxitque virtutibus propriis, quorum insigne documentum dedit adversus Licestrii minas artesque, ut fidus consilii, ita animi invictus.* Idem *historiar. Belg. lib.* VII. *J. Oldenbarneveldius Ordinum Hollandiæ princeps Assessor, vir patriæ Reip. scientissimus, ac proin-*

proinde eâ auctoritate, quantam quis summam ope ingenii atque industria in libero populo consequi possit. Verhoeven.

nibus ad Reges Statui Belgico confoederatos functus est, præterquam quod ad alios Principes & Resp. missus. Anno 1608. & 1609. a parte D. D. Ordd. cum Deputatis Hispanorum de induciis egit. Fuit & sigilli & Archivorum custos, &c. Vixit usque ad annum CIↃ IↃC. XIX. diem XIII. Maji, ætatis LXXIII. In Apologiâ suâ, quam paullò ante mortem edidit, sic inter alia ad id quod ipsi peregrinitas objiceretur: *Ick ben gebooren tot Amersfoort, daer mijn prædecessor in officio Paulus Busius oock gebooren was.* In quâ & plura de ipsius vita leguntur.

D. Elias ab Oldenbarnevelt Eques, Syndicus Reipublicæ Roterodamensis, in quo munere fratri successit anno CIↃ. IↃ LXXXVI. Deinde Ruwardus, idest, Præfectus Territorii Putteni creatus, diem suum obiit Anno. . . . . Fuit etiam legatus Ordd. nomine in Angliam ad Regem Iacobum I. anno CIↃ IↃC. X. a quo equestri dignitate cum aliis Legatis donatus est.

D. Thomas Zosius, J. C. primum in Curiâ Provinciali Ultrajectinâ Consiliarius; deinde rebus inibi turbatis in Academiâ Lugduno-Batavâ Legum Professor, & Rector Magnificus fuit. Unde Herbipolim in Franconatibus ab Episcopo & Principe loci evocatus est, ubi leges quoque docuit & vitæ finem habuit, anno. . . . . Doctissimos Commentarios scripsit in Codicem, qui in amicorum manibus versantur. Uxorem habuit filiam D. Elberti Leonini, Ducatus Gelriæ Cancellarii, unde ipsi superstes fuit filius,

D. Elbertus Zosius, I. C. & in eâdem Curiâ Trajectinâ Consiliarius. Obiit anno. . . .

D. Johannes Ridderius, I. U. D. & in celeberrimâ Duacensi Academiâ Juris prudentiæ Ordinarius Professor.

D. Simon Boschius, Celsiss. principi Alexandro Parmæ & Placentiæ Duci à secretis, &c. & postea exercitus Regis Hispaniarum in Belgio supremus Iudex seu ut vulgo vocant

Au-

Auditor generalis. In quo munere ipsi successit Petrus van Bossche.

D. Levinus Botterus, I.V.D. patrio senatui annis XXXIII. à secretis fuit, ordinarius Censor (seu, ut vocant, Revisor) in Curiâ supremâ Ultrajecti sedit, & in Illustri scholâ Amisfortensi publicè leges professus est. Obiit anno CIↃ. IↃC. XII. III. Non. Martii. ætat. anno LXVI. Sepultus in æde S. Georgii, cum hoc epitaphio.

Occubat hoc tumulo Botteri corpus inane,
Orbe tamen vivit nomine, mente polo.
Ter denis trinisque annis cum laude Senatum
Consiliis patriæ dum juvat ipse pater.
Summa hunc causarum Censorum Curia vidit,
Astrææ titulo qui bene clarus erat.
Cum bis ter denos & sex transegerat annos,
Heu! subitò, flendus civibus, interiit.
I homo, bulla levis, i pulvis, & erige cristas:
Ingenium, tituli, stemmata, opesque nihil.
Ex spinis rosa.

D. Otto Egmondanus, V. N. & variis scientiis imbutus prius Reip. Amisfurtensis Consul, deinde Satrapa Zallandiæ, & Transiselaniæ primas: De quo vide *hist. Belg. ad annum* CIↃ. IↃ. LXXXVII. & CIↃ. IↃ. XCIV. Michaëli ab Isselt vocatur vir & virtutibus & sanguine nobilissimus, & circa Annum 1580. à Rege Hisp. Zallandiæ Satrapa constitutus in locum N. de Ripperda.

D. Guilielmus Vonckius, Joannis Vonckii (de quo suprà) ex fratre nepos, J. C. tus & Legatus Regis Hispaniarum ad Regem Daniæ & Comitem Frisiæ orientalis. Vide de eo Annales Ev. Reidani, *lib.* XIII. & XV.

D. Joannes Benningius, humanarum artium Magister, ut sese vocat in carmine, quod scripsit in laudem historiæ Mich. ab Isselt, de bello Coloniensi, Juris utriusque laureâ de-

decoratus est in Academiâ Lovaniensi, anno CIↃ. IↃ. XCIV. Idibus Februarii: In quâ etiam juris Professor per aliquot annos fuit. Postea supremi Consilii Mechliniensis Consiliarius & Assessor creatus fuit. Denique à Rege Hispaniarum Philippo III. & Archiducibus Alberto & Isabellâ, designatus est supremæ Curiæ Lutsenburgicæ Præses, post D. Joannem Bertelium Abbatem Epternacensem. Scripsit Historiam Luxemburgensem.

D. Jacobus Benningius, jam dicti Joannis frater, J. V. Doctor, & Juris Antecessor in Academiâ Duacensi, obiit anno CIↃ. IↃC.XI.

D. Cornelius à Deuverden, J. V. Licentiatus, primum Reipubl. Ultrajectinæ Scabinus fuit; Deinde præturam in patriâ annis XXXII. gessit. Vixit annos LXVIII. Obiit anno CIↃ IↃC.XI. die XX. Septembris.

D. Henricus a Zijl, postea Præses, *D. Joannes de Wijs*, *D. Otto Schrassert*, obiit anno 1628.	Jurisconsulti eximii, & in supremâ Ultrajectensium Curiâ Senatores Ordinarii.
D. Cornelius Vermatius, *D. Franciscus Bottius*, *D. Joannes Botterus*.	Viri doctissimi, & Reip. Ultrajectinæ Consules.
D. Jacobus à Westrenen, *D. Joannes à Westrenen*, *D. Henricus Botterus*, *D. Stephanus Hessels van Zijl*, & alii.	Viri consultissimi, & disertissimi, in summâ Curiâ Trajectensi causarum Patroni.
D. Johannes à Dashorst, *D. Jacobus Zosius*, *D. Everardus Staverdenus*,	Advocati in Curiâ Gelriensi.

h *D. Jacobus à Santvoort*, J. V. D. & primarius Juris Canonici

h Nota anno eodemque tempore tres Professores Amisfurto oriundos Lovanii fuisse. *Verhaeven.*

nonici in Academiâ Lovaniensi Professor, ut & Præses Collegii Juridici, quod Ivonis vocatur.

D. Henricus Zoesius, jactis in patriâ primæ literaturæ fundamentis, Lovanium ad majorem ingenii cultum capessendum ablegatus, Philosophiam Aristotelicam in Gymnasio Falconis didicit, ibidemque Rhetoricam, & Græcam linguam docuit. Interim juris utriusque studio non ignavam dans operam Decanus Baccalaureorum creatus est anno CIↃ. IↃ. XCVII. Hinc studiorum itinerisque comes datus V. N. Christophoro van Etten Cauwenburgio in Hispanias profectus, Salamanticæ aliquantisper substitit, Hispanis, quorum ad eum frequens erat concursus, mirantibus in juvene Belgâ reconditam juris scientiam, & vel ab hoc uno Academiam Lovaniensem deprædicantibus. Lovanium reversus, anno CIↃ. IↃC. III. Licentiæ titulo insignitur ac triennio post, id est, anno CIↃ. IↃC. VI. prid. Id. Aprileis Græcæ Linguæ Professor publicus in Collegio Trilingui constituitur; Verum sesquianno tantum in eo munere versatus, ad Professionem Institutionum Juris ab Alberto Archiduce adsumptus, J. V. Doctor anno CIↃ. IↃC. XVI. *Cal. Octobr.* creatus est. Anno CIↃ. IↃC. XIX. Viro Cl. Petro Gudelino in Professione Pandectarum successit, quas toto octennio summâ assiduitate prælêgit. Uxorem duxerat Barbaram de Ayala, Balthasaris J C. & Regii apud Mechlinienses Consiliarii filiam. Obiit Rector tunc Academiæ Magnificus, anno CIↃ. IↃC. XXVII. XIV. *Cal. Martii.* Monumentum ei in templo D. Petri ad aram B. Virginis Mariæ posuit Agnes filia ejus unica, nupta V. Cl. Joanni Snyders, J. C. & Reip. Antverp. Senatori. Est autem tale:

D. O. M. S.

Monumentum Henrici Zoes Amersfortii, & Barbaræ de Ayala conjugum. Ille cum esset I. V. Doctor & Professor, a pietate & à doctrinâ, & quà privatim quà publicè

H à

à docendi assiduitate celeberrimus, anno erectæ Academiæ ducentesimo, in medio Jubilæi gaudio, publico luctu, Magistratum temporalem cum æterno mutaturus, præmissam in cælos conjugem subsecutus est, Anno CIↃ IↃCXXXVII. *die* XVI. *Februar.*

Parentibus optimis filia mœsta P. C.

Scripsit prælectiones Feudales, seu Juris Feudalis Analyticam expositionem, quæ prodiit Lovanii typis J. Zegeri, 1641. Commentarium, seu prælectiones ad epistolas decretales Gregorii IX. P. M. sive in universum jus Canonicum. Commentarios ad Institutiones Imperiales, Breviarium Jurisprudentiæ Justinianeæ, sive prælectiones paratitlares ad Codicem.

CAP. VI.

Medici, Philosophi, Litteratores, & Poëtæ Amisfurtenses.

A Medicis quoque non exiguam laudem urbs nostra accepit: Floruerunt enim, qui aut veteribus pares erant, aut certè non cederent. Quales fuerunt.

D. Stephanus Laurenbergius, Medicus Imp. Ferdinandi I. (à quo nobilitatus est cum totâ prosapiâ) & Protophysicus Caroli Archiducis Austriæ. Obiit Gretiæ in Stiriâ anno CIↃ IↃ LXX. Martii IX. die. Hic a Dn. Simone Scardio I. C. in opere historico *rerum Germanicarum to.* 3. in Catalogo eorum qui Francofurti ad Mœnum inaugurationi Roman. Regis Maximiliani II. interfuere Anno 1562. inter Cæsareæ Majestatis medicos secundus recensetur.

i *D. Godefridus Stegius (Versteegh)* Homo poëseos non ignarus, primò ordinarius Reip. Noviomagensis Medicus fuit; postea domus Austriacæ sub eodem Ferdinando I. summus

i De Godefrido Stegio videnda historia Mich. ab Isselt, in obsidione Amisfurti, anno 1579. *Verheeven.*

mus Medicus. Item sub Maximiliano II. Eandem deinde functionem obtinuit apud Rudolphum II. Imp. à quo etiam Cubicularii, & Comitis Palatini titulo decoratus fuit. Extant libri ejus de Arte medicâ, sive medicinæ Theoreticæ libri IX. & Practicæ lib. XIV. Descriptio fontis medicati Kissingensis.

Tale legitur distichon in ejus effigiem libris de Arte medicâ præfixam:

Mens depicta libris, vultus resplendet in ære;
Quod mortale fuit mens vetat alta mori.

Symbolum ejus: *Virtus nobilitat.*

D. Antonius Amersfordanus, Medicus circa annum CIↃ. IↃ. clarissimus, ad quem Petrus Montanus (quem suprà *cap.* 3. diximus Rectorem scholæ Amisfurtensis egisse) unam ex elegantissimis satyris scripsit, cui titulus est, *De bonis Medicis*; ubi eum proponit tanquam exemplar verè boni Medici.

D. Johannes ab Yssolt (pater *Michaelis*, de quo *cap.* IV.) primò Reip. patriæ Medicus, deinde Doccomi in Frisiâ, ubi etiam obiit anno . . . . . .

D. Gualtherus Veenemannus, Medicus Episcopi & civitatis Tornacensis.

D. Henricus Botterus, Medicus Episcopi & urbis Coloniensis, deinde Ducis Juliaci, Cliviæ &c. ut & postea Lantgravii Hassiæ, Professor in Academiâ Marpurgensi. Rediit tandem ad suos, ibidemque obiit, anno . . . . . Scripsit epistolam de *Expurgatione Empyematis*, quæ unà cum Greg. Horstii *observationum Medic. libris* IV. impressa est Ulmæ, apud Saurium, anno 1621.

D. Rudolphus Tollius, Chymicus nobilissimus, & Palatini Sandomiriensis in Poloniâ Medicus ordinarius.

D. Everardus Schaeckius } Patriæ urbis
D. Paulus Andreæ } Medici.

D. Joannes Saeluyt den Enge, Reip. Ultrajectinæ, ac deinde Amstelodamensis Medicus.

D. Georgius Dusselenus } Dordrechtanæ
D. Franciscus Johannis } Reip. Medici.

D. Everardus Meereveltius, Lib. Art. Magister, & in Illustri Gymnasio Bremensi Physices Professor.

D. Arnoldus vander Hel, J. V. Doctor, & Lib. Art. Magister, Ordinarius Philosophiæ Professor in inclytâ Frisiorum Franequeranâ Academiâ.

D. Joannes Corn. Gesselius, Lib. Art. Magister, Rector scholæ Amisfurtensis, ibidemque in illustri Gymnasio Historiarum Professor. Pet. Cunæus in orationibus eum vocat, spectatissimum scholæ publicæ Magistrum. Scripsit *Erotemata Dialectices*, *Colloquia puerilia Latino-belgica*; aliaque in usum discipulorum. Postquam verò quinquaginta ferè annos Gymnasium Amisfurtense rexisset, tandem Spartam desererecoactus fuit, anno CIↃ. IↃC. XIX. non quod eo munere indignus, aut docendi & moderandi nescius esset, sed quod Canonibus Synodi Dordracenæ subscribere recusaret, quibus decretum erat nullos nisi Reformatæ religioni addictos scholasticis muneribus fungi posse. Deflerunt obitum ejus multi. Unde & mihi communis dolor expressit Oden quam addam hic.

IN OBITUM

Clarissimi, ac Doctissimi senis

D. JOANNIS CORNELII GESSELII,

Lib. Art. Mag. & Gymnasii Amisfurtensis quondam moderatoris vigilantissimi.

Eheu siccine GESSELI
Vir prudens, morieris? Templaque cælitum

Ad-

Adscendens, querulo tuam
Luctu imples patriam? Siccine gloriæ
Et vitæ satur, omnia
Humana e superis despicis arcibus?
Te conjunx pia WITTIA
Exstinctum queritur, nomen identidem
Lugenti ingeminans sono:
Te poscit soboles, atque nepotuli
Stillanti imbre lavant rogum.
Quid mirum? Resonant ætheree Jovis
Sedes planctibus, & Deum
Mæstis deficiunt turba doloribus:
Pallas, Castalides, Deæ,
Pitho blandiloqua, & Pieridum pater
Lauro splendidus, & lyrâ.
Et nos Gymnasii membra Amisfurtii
(Qui quondam ingenuis, tuo
Sub ductu, studiis rite vacavimus)
Versus innumeros pio
Fundemus tumulo; Sed nihil est opus:
Nam quo carmina lugubrem
Mittant tristitiam, quò gemitus suos?
Plena hic omnia cernimus
Luctu, terra gemit, pulchraque sydera.

Theodorus Verhoeven.
Ætat. XVI. Anno 1627.

Obiit admodum senex, anno CIↃ.IↃ.XXVII. relictis natis, natorumque natis doctissimis. Inter quos filiorum natu maximus.

D. Cornelius Gesselius Med. Doctor, feliciter & fideliter Praxin Medicam per aliquot annos Ultrajecti exercuit;

Cui anno . . . . . . defuncto successit frater

D. Timannus Gesselius, Med. Doctor, qui antea sub Patre Conrector scholæ Amisfurtensis, eidemque cum ipso censuræ obnoxius Reip. Neomagensis Poliatros fuerat. Edidit nuperrime historiam sacram & ecclesiasticam.

D. Cornelius Brinckenus, scholæ Wynoxbergicæ in Flandriâ Rector, ævo suo celeberrimus.

D. Petrus Regius (*de Koninck*) Gymnasiarcha in Ducali oppido Cliviorum.

D. Egbertus Staverdenus, Lib. Art. Magister, per tempus aliquod in Illustri Scholâ Amisfurtensi Philosophiam prælegit; Deinde ordinem D. Francisci ingressus, eorum quos Capucinos vocant, Coloniæ Agrippinæ Doctoratus gradum in Theologiâ consecutus est, ac deinde Guardianus in Conventu sui Ordinis factus Dusseldorpii, ibidem obiit.

D. Albertus Chimarrhæus
D. Arnoldus Wenchemius
D. Richardus Hassius
D. Reinardus Hallerus
D. Petrus Hugo
} Homines disertissimi, omnium linguarum atque artium genere imbuti: neque dubito quin fuerint Ecclesiastici in Papatu ordinis.

Quantum ad Poëtas, trigam hic tantummodo addere placuit, eorum scilicet, quorum scripta mihi videre hactenus contigit.

D. Cornelius Vossius, seu (ut Germani scribunt) Fuchsius, Lib. Art. Magister, & in Academiâ Viennensi in Austriâ Poëtices olim Professor. Scripsit inter alia Heroico carmine Inaugurationem Caroli V. Cæsaris impressam Viennæ 1620.

D. Jacobus Hezius, in artibus & scientiis liberalibus, tribus insuper linguis versatissimus, atque inter Poëtas Comicos non infimus fuit; Cujus suavissimos versus non sine aliquâ voluptate quondam apud hæredes vidi ac legi.

D. Jacobus Vluggius, cujus exstant Paraphrases Hymnorum veteris & Novi Testamenti, elegantissimo sanè carmi-

mine, & libris duobus comprehensæ, quas dedicavit Nobilissimo viro Jano Douzæ Nordovici Domino, Gloriæ & Mecenati eruditorum, dum fata sinebant. Impressæ sunt Franequeræ, typis Ægidii Radæi, anno 1600.

[k] Præter hos, quos jam nominatim recensui, viros insignes, plurimi insuper tum obierunt, tum adhuc inter vivos agunt, viri atque juvenes doctissimi; quorum omnium nomina in Mnemosynes fano consecratos esse cuncti juxta mecum fateri coguntur. Sed ut stylum ab assentationis suspicione revocem, in præsentiâ tacebo eximios hodieque superstites viros, qui proavorum famam suo nomine sustinent, eorumque celebritati suam adjungunt, qui, ut Horatii verbis utar, *Sublimi feriunt sydera vertice*, & nunquam toti morientur, sed post fata quoque sua vivent.

k Potest & addi, ut fiat quadriga, Nob. juvenis Arnoldus Wynbergius. *Verhoeven.*

Inter viros autem laude dignos, qui huic urbi sua natalia debent, jure meritò censendus est Vir strenuissimus *Petrus Both*, Thalassiarcha famosissimus, qui Anno CIↃ. IↃC. die XXI. Octobris, auspiciis Societatis, egregiâ classe instructus ad Indos Orientales navigavit. Vide Meteranum in *hist. Belg. lib.* XII. De secundâ ejus expeditione, ejusdem Meterani verba adducam ex libro XXXI. [l] *In de vereenigde Nederlanden hebben de Bewindthebbers van de Oostindische Compaignie negen schepen derwaerts gesonden, onder den Admirael Mr. Peter Both van Amersfoort, met veele soldaten, om eenige jaeren daer te blijven, met vrouwen en kinderen. Zy voeren uyt den 30. Januarii, anno 1610. en was P. Both gedesigneert tot Gouverneur Generael in Oost-Indien, &c.*

l Etiam celebris ejus frater Joannes Both centurio D D. Ordinum Fœderati Belgii, cujus in obsidione Ostendæ mentio fit tanquam strenui & in bello peritissimi Ducis.

Vir hic qui non sine elogio nominandus primus in Indiâ Orientali nomine D D. Ordinum Fæderati Belgii & Sociæ Navigationis instituit Collegium Politicum, constans ex aliquot Senatoribus, ad quos & regimen, & justitia, & negotiatio spectaret. In reditu autem naufragio periit prope insulam

Mau-

Mauritium, anno CIↃ. IↃC. XVI. Neque minori laude dignus, sed inter celebres marinæ militiæ duces numerandus est *Arnoldus Jacobides*, vulgò *Arent Jacobsen van Amersfoort*, qui à primis pueritiæ annis per omnia ferè ministeria nautica, perque multa pericula difficillima præcipuè anno 1626. varie tractus & exercitus fuit, donec tandem à Curatoribus Societatis Indiæ ad Occidentem, Gubernator generalis Guineæ, & littoris Africani designatus fuit, ubi obiit anno 1647.

Inter celebres quoque Belgii pictores recensetur *Lambertus van Oort* Amersfordianus, pictor & Architectus eximius, qui collegio pictorum Antverpiensium accessit anno 1547. Cum elogio etiam meminit L. Guicciardinus in descriptione Antverpiæ. Carolus Vermander in vitis pictorum Belgarum mentionem etiam facit cujusdam *Everhardi Amersfordiani*, cui inter præcipuos celeberrimi pictoris Francisci Florentii discipulos locum dat.

Verum ohe jam satis est. Certe ex tota regione aliqua aut ex multis Provinciis tot homines virtute & doctrina illustres colligere haud sane magni videretur negotii. Ex una vero civitate, eaque non admodum ampla tanquam ex uberrimo fonte tot viros depromere, qui Reip. administrandæ scientia &c. qui literis & eloquentia claruerunt, hodieque florent, admirandum quiddam est & immortali laude dignissimum.

CAP. VII.

Partitio, & regimen urbis.

Quantum ad partitionem urbis nostræ pertinet, malim illud indicare verbis Lamb. Hortensii, qui sic de eâ *secessionum Ultrajectinarum, lib.* 11. *Dividitur hæc civitas in tres regiones: In Longam viam, curvam, & brevem. Ad bellum Principi auxilia missuri, sortitum è patrio*

mo-

more conveniunt, quæ in armis esse debeat; ut una in hostem missâ, reliquæ duæ civitati præsidio maneant. Si quis autem militiam horreat, ita ab onere absolvitur, ut suffecto in locum solvat stipendium. Huc usque Hortensius. Hodie, verò (ni fallor) tres istæ partes vernaculo nomine appellantur, *De Camp, Bloemendael, en de Rooden Toorn.* Quæ vocabula videntur remansisse ex veteri urbe, & nomen habuisse à tribus portis, quarum duæ supersunt, *de Camp-binnen-poort*, & alia, quæ *de Bloemendaelsche-binnen-poort* dicitur.

Inter illos, ad quos regimen urbis Politicum attinet, summa rerum est penes Prætorem; Quo munere, cum hæc commentari aggressus sum, fungebatur vir Nobilissimus *D. Walravius ab Arckel.* Hic ab Ordinibus Provinciæ singulis urbibus imponitur, ejusque vicem Proprætor aliquando supplet. Secunda dignitas Consulibus, sive Burgimagistris, cedit, qui duo sunt, quorum hic domi, quodcunque curandum est, officiosissimè exequitur, ille, quæ foris tractanda, procurat. Horum alter quotidie comparet in conventu Delegatorum, seu (ut vocant) Deputatorum Provinciæ Trajectinæ; Ad Comitia verò publica uterque mittitur. Horum nomina transire silentio, antiquæ fidei, prudentiæ, eruditionis, morumque integritas non patitur. Hoc igitur anno CIↃ IↃC XXVIII. Consules erant, *Petrus Gojerus*, vir πολιτικώτατος, & *Guilielmus Dammius. Jurisconsultus.* Tertium locum obtinent duodecim litibus audiendis destinati Judices, quos vulgari vocabulo per totum fermè Belgium Scabinos appellamus. Proximæ dignitatis sunt totidem Senatores, quibus omnibus simul politicæ res curæ sunt. Justitiæ verò administratio pertinet ad duos Burgimagistros, & duodecim Scabinos, quum à Prætore ad jus dicundum rogantur. Magistratus verò tam Consules, quam Scabini & Senatores; quotannis ipsis Calendis Januariis (more Romanorum) munere suo defunguntur; Aliique à Principe, vel

Anagramma. PETRUS DE GOIIER. IS REGET PROVIDE.

Præfecto Provinciæ, ex eorum numero, qui à Senatu nominati sunt, surrogantur. Quibus ab eodem Principe, vel Præfecto, vel etiam Ordinibus, aut Curiâ Provinciali adjungi solet Secretarius, qui Magistratibus in caussis politicis, & civilibus, criminalibusque adsistit; In quo munere sese vigilantem hodie præbet *D. Joannes Hamel J. C.* Singulis autem diebus Lunæ ante meridiem convenit integer Magistratus in Curiâ, agitque de rebus Politicis, & regimine oppidi; Senatoribus verò discedentibus, Consules & Scabini unà cum Prætore de civilibus caussis agnoscunt. Dies Mercurii potissimum juridicialis est, quo lites coram Prætore, Consulibus, & Scabinis, à Procuratoribus disputantur: Et Saturni dies, quo caussæ jam satis ventilatæ definiuntur. Ab hoc autem Tribunali ad Curiam Provincialem Trajectinam provocatio datur, exceptis rebus criminalibus. Est & in urbe Quæstor publicus, vulgò *Camelaer*, qui pecuniarum publicarum, impositionum, vectigalium, publicorum item operum curam gerit. Prætereo, brevitatis gratiâ, scribas, Patronos, caussidicos, denique apparitores, & id genus alios, quorum non pœnitendus est numerus.

Rheni etiam, Bunschotæ. Vid. *lib. de jur. glad. cap.* 11. *p.* 132. Matth.

Circa annum CIↃCCCLXX. Ordines Provinciæ Trajectinæ hoc modo soliti erant convocari. I. Quinque ecclesiarum Canonici. II. Equestris ordo. III. Magistratus urbium Ultrajecti. & Amisfurti. Vetus auctor, qui scripsit, *Fasciculum temporum*, ad an. 1423. ait, post obitum Episcopi Frederici de Blanckenheim, Ordinem equestrem Transisalaniæ, & sex diœceseos metropoles, Trajectum, Daventriam, Campos, Zwollam, Amisfurtum, & Groningam, unanimes Rud. Diepholtium commendasse ecclesiæ, & rogasse ut eum eligeret. Lambertus autem Hortensius *lib.* III. *Rer. Ultraject.* ait, *In veteri more fuisse, quod in rebus magni momenti Legati Ultrajectini & Amisfurtenses in Comitiis publicis primum obtinerent locum*, &c.

Le-

Leges & statuta urbis vernaculo idiomate impressa sunt Ultrajecti, apud Joannem Henrici, propè turrim Dominicam, anno CIↃ. IↃ. LIV. ut quilibet civis in suis laribus, quid faciendum, quid fugiendum sit possit legere. Jam nuper autem anno 1643. aucta & renovata prodierunt de novo ex officinâ *Amelii Ioannis van Paddenburch*.

CAP. VIII.

De veteri jure, & Privilegiis.

Antequam de his agamus, præmittendum duxi illud, quod Pet. Bertius in *Comment. rerum German. lib. 2. cap.* 3. habet, ubi in Catalogum Liberarum, Imperialium, & Provincialium civitatum refert quoque Amersfordiam: *eumque Catalogum se habere dicit ex matriculâ S. Imperii, desumptâ ex Tabulis publicis, quas Fridericus* III. *Imperator in Comitiis Ratisbonensibus anno* CIↃ. CCCC. LXXI. *conscribi, & in acta Imperii referri jussit.* Quodque magis miror, idem Bertius, eodem libro & capite; ubi agit de Conventu Ordinum S. imperii, sic inter alia loquitur: *In matriculis Maximiliano I. imperante conscriptis, taxati & censiti leguntur sequentes episcopi, de quorum mihi diœcesibus, & suffraganatibus nihil constat. Episcopus Amersfordensis &c.* Sed nos in medium relinquentes hæc, veteres nostræ urbis prærogativas in duas distribuemus classes; quarum una erit illorum privilegiorum, quæ majores nostri ab Episcopis suis, tanquam propriis Principibus, acceperunt: Altera continebit eorum catalogum, quæ ab extraneis Proceribus Reip. Amisfurtensi concessa sunt.

[n] Anno Christi CIↃ. C. XXX. Amfortum obtinuit bassam juris-

n Unde hæc habeat non scio. Biennio post, scio, mentio fit Henrici de Amersfoert Sculteti Amorfortii, cui terram de Hoevelaken sub certa annua pensione Antistes Andreas dedit Ann. 1132. Diploma infra habes integrum ad Auctorem incertum. Sed fiat, fuerit Scultetus, & Scultetus Amisfurti, an statim jam sequitur, ergo & Amisfurto tum media jurisdictio seu bassa, ut vocat Auctor? Quid si jurisdictio ei ut Prætori seu Sculteto suorum agnatorum Dominorum de Amersfoert? Quid si infima, non bassa, ut pagis vulgo est in diœcesi? Nam quod ad Amisfurtum nondum adhuc satis constat an Amisfurtum tum urbs. Datum demum urbis jus Ann. 1259. Addam etiam non sequi Scul-

tum Amisfurti, ergo primus Scultetus. Quid si ante eum plures? Jurisdictio ergo, de qua Auctor, Amisfurto non tum demum, sed diu etiam ante. *Mattheus*.

o Scribendum M.cc.LIX. Diploma est infra ad Auctor. incert. *Matthaeus*.

p Hic error est in calculo vel in nomine episcopi. Vid. hic Conf. Ouderfium, & Chronologiam episcoporum Trajectinorum, eorumque Catalogum *Verhoeven*. Certum quod error hic. Guido diu jam defunctus. Joannes van Diest est, qui nundinas concessit.

risdictionem, cum terrâ dictâ *Hovelaken*, sive *Hoefslaken*, o Anno verò CIↃ.CC.LVII. ipsâ die S. Odulphi Henricus de Vianden Episcopus Trajectensis XXXVIII. Amersfortensibus concessit Jus municipale, quod vernaculè *Stadts gerechticheyt* vocatur. Postea anno CIↃ.CC.XCVIII. Guilielmus XLI. Episcopus constituit, ut huic oppido idem jus esset, quod Ultrajecto. Non multò pòst, anno scilicet CIↃ.CCC.XXVII. multa insignia privilegia urbi donata sunt ab Joanne Diestensi Episcopo XLV. Ut & anno CIↃ.CCC.XXXI. duæ celeberrimæ nundinæ per p Guidonem Hannonium XLII. episcopum. Dictus quoque Joannes Episcopus duas dedit nundinas, & salvum conductum omnibus mercatoribus, quæque aliæ sunt nundinarum immunitates (idque ex consilio D. Arnoldi de Ysselsteyn Præfecti tum temporis diœceseos Trajectinæ) q anno CIↃ.CCC.XXXIII. die Lunæ post Dominicam Palmarum. Privilegia quoque urbis sæpenumero confirmata fuerunt ab Episcopis: ut anno CIↃ.CCC.LXVI. feriâ tertiâ post Luciam ab Joanne Varnenburgio XLVIII. episcopo. Anno CIↃ.CCCC.V. à Frederico de Blanckenheym LI. Præsule, qui civibus urbis nostræ immunitatem quoque vectigalium donavit: Cujus literæ datæ anno CIↃ.CCC.XCIX. Novembris XXI. die videntur in Actis publicis Reip. Amersfortensis. Munivit etiam dicta privilegia Rudolphus Diepholtius LIII. Episcopus, anno CIↃ.CCCC.XXXIII. Denique, nomine Caroli V. Imperatoris, Hollandiæ, Zeelandiæque Comitis, ac Domini Ultrajectensis provinciæ, Comes Hoochstratanus anno CIↃ.IↃ.XXVIII. IV. die Novembris, pristina Amisfurtensium jura confirmavit: Quo tempore Præturam gerebat D. *Segerus de Wilt*, Consules erant *Jacobus à Dolre* & *Johannes Zosius J. C.* Quæ plenius narrat Lambertus Hortensius *Rerum Ultrajectinarum lib.* VII. *in fine*.

A mul-

Diploma jam primus edidi *lib. de jur. glad. cap.* 36. *n.* 1. Matth.

q Rursum hic duplex error. Arnoldus non diœceseos sed Amisfurti Præfectus, seu Prætor aut *Ambachtsman*, ut Antistes eum vocat. Et deinde nundinæ non datæ Ann. 1338. sed ut dixi Ann. 1333. *Matth*.

A multis præterea aliis Principibus, tam remotis, quam finitimis, plurima privilegia consecuti sunt Amisfurtenses. Anno CIↃ.CCC.LXXXVIII. Augusti I. die, Albertus Comes Palatinus Rheni, Comitatuum Hollandiæ, Zeelandiæ, &c. Protector; in suis ditionibus multas immunitates concessit Amersfortensibus. Ut itidem Ioannes Palatinus, Hanno niæ, Hollandiæ, Zeelandiæque Comes, vectigalium immunitatem per Hollandiam & Zeelandiam indulsit: Quas prærogativas anno CIↃ.CCC.XCVIII. V. die Julii confirmavit Guilielmus Bavarus, Hollandiæ Comes, & insuper multa alia privilegia addidit insignia; habebatque (ut ex Chronicis patet) propter opportunas excursiones in Velaviam Amisfurtum tanquam locum infestandis Gelris idoneum[r] Anno CIↃ CCCC.XXX. Guilielmus Palatinus Rheni, Comes Hollandiæ, Zeelandiæ, & Dominus Frisiæ, &c. populo Amorfortensi, ob singularia merita & fidem, quam bello & benevolentiâ ei præstiterant, portoriorum, ac vectigalium per omnes suas ditiones immunitatem dedit, multaque alia privilegia concessit, vel renovavit: *Pro quibus cives Amorfortenses quotannis solvisse Comitibus Hollandiæ centum scutatos Gallicos*, testis est Lambertus Hortensius *secess. Ultraject. lib.* VII. Ubi etiam inter postulata Amorfortiorum à Carolo V. Cæsare ponitur immunitas istius pensionis, simulac exemplo aliarum sociarum civitatum in Cæsaris fidem juravissent. Ad quod tum temporis responsum est à Legatis Margaretæ, Burgundiæ, &c. Ducissæ, nomine Cæsaris Præfectæ, *De remittendâ pensione nihil constitui posse, sine permissu atque authoritate ipsius Cæsaris, ad quam obtinendam in Hispanias ad ejus Majestatem scribendum esse.* Neque ulla ejus mentio fit in conditionibus quibus Amisfurtii se subjugarunt eidem Cæsari. Anno CIↃ. CCC. LXXXV. Grietmanni, Senatores, & Judices de Woudrichem in Frisiá civibus nostris[s] salvum conductum in suo territorio dederunt. Anno

r Quod postea satis patuisse videbimus infra cap. XI. ubi de bellis Amisfurtiorum cum Gelris agimus, ad annum, 1418. *Verhoeven.*

s Datæ de ea re litteræ ita se habent: *Wy Grietmans, Raetsluyde, ende medeechters van Wouderchem maken condt ende kennelick allen lyden, dat wy gegeven hebben ende geven met desen tegenwoordigen brieve voor ons ende voor onse gemeyne meente den Eersamen wysen luyden, Burgemeesters, Schepenen, ende Rayt, ende voort der gemeene Stadt van Amersfoort ende hare Burgers, onsen goeden vrienden, een vast, gans ste-*

 CIↃ.

CIↃ. CCCC. XCV. die X. Octobris D. Walravius de Brederode, Dominus in Vianen, Ameyde, Heemstede, Abbenbroeck, Burggravius Ultrajectinus, &c. Amisfurtiis salviconductum dedit per dominia sua, renuntiato omni repressaliorum jure. Ut & per suas ditiones D. Gasparus, Dominus in Culenburgh, *ten Weerde, Borsselen, Hoochstraten, Zuylen, Lienden*, &c. anno CIↃ. CCCC. LXXXIX. Mox anno sequenti D. Johannes, Comes Egmondanus, per omnes suas terras, & jurisdictiones, anno CIↃ. CCCC. XC. die IV. Januarii. Carolus quoque Egmondanus, Gelriæ Dux, & Zutphaniæ Comes multa privilegia civibus nostris dedit in Ducatu & Comitatu suo, anno CIↃ. IↃ. VIII. ipsis Calendis Januarii.

Non pauci quoque è vicinis Principibus Amisfurtensium fœdera, atque amicitiam ambierunt; & præcipuè Gelriæ Duces: Nempe anno CIↃ. CCC. LXXXII. Guilielmus primus Gelriæ Dux quartus. Anno CIↃ. CCCC. VII. Reynaldus ejus nominis IV. Gelriæ Dux quintus. Anno CIↃ. CCCC. LX. Arnoldus Egmundanus, ut & Anno CIↃ. CCCC. XCVIII. Carolus Egmondanus, ejus nepos, Gelriæ Duces, & Zutphaniæ Comites. Reinoldus etiam Brederodæ, Vianæ Dominus &c. anno CIↃ. CCCC. LXII. per Legatos & litteras amicitiam Reip. Amisfurtensis expetiit, eique omne auxilium & favorum obtulit. Plurimæ insuper finitimæ Civitates atque Respublicæ cum majoribus nostris fœdus inierunt, mutuisque immunitatibus & gratiis præstandis sibi devinxerunt, ut jam ante de Wouderchemensibus in Frisiâ diximus, ad annum CIↃ. CCC. LXXXV. Ultrajectini anno CIↃ. CCCC. LXIII. die XXIII. Januarii, firmum & stabile fœdus cum Amisfurtensibus pepigerunt, Item Daventrienses (intercedentibus Zwollæ & Camporum civibus) Amorfortios aliquot immunitatibus donaverunt, ut eorum amicitiâ fruerentur, Anno CIↃ. CCCC. LV.

stede geleyd, ende veylicheyt die onse merckten soecken, veylich binnen onse parochie binnen dycke ende buyten dycke, also veer als onse vryheyt gaet, te comen, ende veylich van daer te varen, duerende twee maenden lange na den dage dat ons een den anderen doet opseggen mit synen openen brieve. Voert so en sal niemant beset worden binnen onse parochie van den Burgers van Amersfoert om ander luyden scout, ende desgelijcks so sullen onse luyden onbelet syn binnen Amersfoert, ende so wat scout een man selve maeckt ende opleyt daer sal hy selve bescheyt voor doen. Voert so salmen haren Burgers die onse merckten soeken van penningh scout recht doen binnen drien daghen. In kennisse van desen so hebben wy onse segel aen desen brieff gehangen int jaer ons Heeren CIↃ. CCC. *vyff ende tachtich op onser Vrouwen dach.* Matth.

LV. Ut & Hardervicenī, anno CIↃ. CCCC. XC. Et Bergh-op-Zoomani anno CIↃ. CCCC. XCV. die XXVI. Aprilis. Pacta etiam à nostris inita sunt cum Delphensibus, anno CIↃ. IↃ. LIV. die XIX. Julii. sicut & cum vicino oppido Amstelodamo, anno CIↃ. IↃ. LXIX. die XXIII. Septembris. Et hæc omnia patent ex libro privilegiorum Reip. Amisfurtensis.

CAP. IX.

Descriptio Particularis.

Templa Amisfurtum habet duo. Majus templum anno CIↃ. CC. XLVIII. die XXV. Septembris absolutum est, ac Divo Georgio consecratum ab Ottone Episcopo Trajectino. Hoc præstantiâ, ac ornamentis, numeroque quinquaginta altarium excellere solebat. Anno autem CIↃ. CCC. XL. magno in civitate exorto incendio combustum fuit; sed postea magnificè satis redintegratum, ac nuper anno CIↃ. IↃC. XIV. multis elegantissimis fenestris vitreis donatum est. Habet hæc Ecclesia Collegium Canonicorum, à Johanne Diestensi Episcopo Trajectino XLV. erectum, anno CIↃ. CCC. XXXVII. vel circa. De quo testantur Joan. Beka (qui dicit episcopum Canonicales Præbendas in Amersford fecisse) Guil. Heda, Snoyus, Barlandus, Bockenbergius, & Chronicon vulgare ex Gerbrando, &c. Confirmavit autem postea Johannes ab Arkel, XLVII. Episcopus, anno CIↃ. CCC. XLIV.

[t] Minus templum Divæ Virgini Deiparæ sacrum, insigni & conspicuâ turri clarum est, majorumque nostrorum tempore in omnibus vicinis regionibus notissimum, & ab innumeris peregrinis visitari solitum [v] propter miracula quæ inibi credebantur fieri per statuam D. Virginis anno CIↃ. CCCC. XLIV. in aquâ inventam, ut scribit Joannes Gallus Mommandiensis, quem

t Fasciculus temporum in Joanne Diestensi ait cum fundasse & præbendasse XII. Canonicos Amisfurti. *Verhoeven.* Ipse in notis infra ad Anonymum; *nec non decem Canonicatus, Decanatum, Thesaurariam, & Cantoriam creavimus in eadem &c. Mattheus.*

v In historiâ ecclesiasticâ Belgicâ Dionysii Mudzaerts Canonici Norbertini inter sacra & religiosa loca Virginis Deiparæ cultu, miraculis, & hominum piè peregrinantium concursu illustria memoratur etiam Amor-fortis. Item meminit:

Aub. Miræus in Fastis Belgicis, aliique plures.

quem testem adducit Michaël ad Ysselt in brevi suâ descriptione Amisfurti, quæ seculo proximè elapso cum delineatione urbis prodiit. In hujus Templi choro Bibliotheca publica hodie asservatur, omni genere optimorum librorum referta, sumptu Magistratus non exiguo. Turris hæc sæpissimè à fulmine & ventis vim passa est, multumque incommodi. Anno enim CIↃ. IↃ. XLVII. pridie Divi Vitalis fastigium ejus fulmine tactum conflagravit; Quod etiam à ventis disjectum est anno CIↃ. IↃ. LVIII. [x] Nostrisque temporibus machina hæc sæpenumerò talibus infortuniis obnoxia fuit: Inter alia anno CIↃ. IↃC. XXIII. die IX. Februarii, & anno CIↃ. IↃC. LI. die VII. Februarii, quum fulmine icta, & fastigio ad 40. pedes alto ad terram decusso, miserandum attonitæ civitati spectaculum præbuit. Quod tamen dispendium curâ magistratus & amicissimi quondam viri D. Werneri Bronchorstii J. C. Reip. Scabini, & ædis Marianæ Ædilis, insigni splendore atque altiori formâ instaurari cœptum est postea, atque absolutum anno. CIↃ. IↃC. LV. die VIII. Septembris.

x Conf. Ouderſius mentionem facit anni 1562.

Fuit & eximium templum D. Francisci à Minoritis exstructum anno CIↃ. CCCC. XCIV. insuperque Cænobium amplissimum, quæ in hisce tumultibus Belgicis magnâ ex parte devastata sunt. Eo autem in loco amœnissimus hoc tempore est hortus sagittarius (*den Doelen* vulgò vocant) de quo hoc tantum dicam, illum Alcinoi hortis æquiparandum esse, quemadmodum versiculi, qui hic in frontispicio ambulacri (vulgò dicti *het Jofferen-padt*) legi solent, testantur:

Hortos Alcinoi stupet vetustas;
Hos & Posteritas lubens tuetur.

Venerunt primi Minoritæ in urbem nostram anno CIↃ. CCCC. LXXII. mense Majo. In hoc autem monasterio Minoritarum, sive Observantium, etiam quondam domicilium fuit Davidis Burgundi episcopi LV. quum Ultrajecto exclusus hic degeret; Unde etiamnum vicinis locis *Davids-Hof* nomen est.

Sa-

Sacellum S. Joannis exstructum est anno CIↃ. CCC. LXXXVIII. opera y Florentii Radewinii, celebris Presbyteri Daventriensis, qui Præceptor etiam Thomæ à Kempis fuit. Fratrum Conventus in eo collocatus est anno CIↃ. CCCC. XLIV. in profesto S. Martini. Hodie extranearum ecclesiarum, seu Gallicæ, seu Anglicæ nationis, concionibus destinatum est; Reliquæ verò Conventus partes in ædificia privata, sanè elegantissima, conversæ sunt.

S. Agnetæ Cœnobium, primum condi cœptum est anno CIↃ. CCCC. LXXXVII. vigiliâ S. Matthæi. In hujus monasterii Templum migrarunt anno CIↃ. IↃC. XXII. Præceptores & discipuli scholæ Trivialis.

S. Barbaræ, cujus ordinis fuerit ignoro.

S. Agathæ, olim monialium D. Augustini cœnobium. Quæ duo idem fatum sortita sunt cum D. Agnetæ reliquâ parte, quòd nimirum in privata ædificia conversa sint, aliisque variis usibus adhibita.

Hortus Beatæ Mariæ, hodie orphanotrophium amplissimum, de quo postea. Tria autem hæc posteriora monasteria quando ædificata sint, hactenus mihi non liquet. Verùm facilè adducar ut credam extructa esse à Magistro z Gerardo de Groot, qui circa annum CIↃ. CCC. LXXIX. sub Pontificatu Urbani VI. Swollæ, Campis, Daventriæ, & Amorfortiæ concionabatur, & multa cœnobia erigebat; quique dicitur variis in locis etiam Collegia scholastica erexisse, partim hodie salva, partim vestigia adhuc retinentia; Ultrajecti videlicet, Amisfurti, Zwollis, Groningæ, Bruxellis, Sylvæducis, Mechliniæ, Noviomagi, Vesaliæ, Embricæ, &c. Obiit anno CIↃ. CCC. LXXXIV. Vitam ejus descripsit Thomas à Kempis, & copiosius Johannes Buschius in Chronico Windesemensi.

Est præterea in urbis meditullio prope forum piscarium per-

K

y Hic Flor. Radewijn fuit Lerdamensis, & obiit anno 1400. in profesto Annuntiationis Mariæ, tempore Bonifacii IX. Fuit discipulus Gerardi Magni, de quo postea. Thomas à Kempis de discip. cap. 4. Multi ex hac congregatione ad vota maximè Canonicorum Regularium transierunt; unde ortæ congregationes in Windesheim, &c. Et discipulis ejus repletum fuit Trajectum, Amersfordia, &c. *Verhoeven.*

z Hic Gerardus de Groot, sive Magnus, peste correptus obiit anno 1384. Augusti 20. die, ætatis suæ 44. De ordine & instituto ejus scripserunt, Ioh. Buschius *lib. de origine cœnobii Windesem.* Aub. Miræus in Chronico, ad annum 1384. & in originibus Ordinum S. Augustini. Val. Andreas Dessellus in Bibliothecâ Belgicâ, & alii. *Verhoeven.*

perantiquum sacellum S. Spiritus dictum, quod ante urbem conditam ibi fuisse creditur.

Cellitæ quoque olim fraternitatem & sacellum habuêre in loco summœniano, vulgo *den Haegh* dicto, jam destructum.

Cœnobia extra urbem sita fuerunt: S. Andreæ, extra portam Campensem, ubi nunc est leprosorum hospitium, sacellum in Ysselt, sacellum D. Virginis in monte sacro, & Conventus Birckanus, medio itinere inter urbem & pagum Zoest; quod fortasse unum idemque est cum cœnobio B. Mariæ castri in Zoest, ordinis Brigittani, fundato à Domino Jacobo de Gaesbeeck.

Duo quoque civitas nostra habet Gerontotrophēia: *In* quorum altero, quod D. Petri vocatur, plus quam septuaginta senes, tam viri quam mulieres, honestissimè aluntur. Idque exstrui cœptum est anno CIↃ. IↃ. XXXI. secundâ die Lunæ post festum Paschatis, & biennio post perfectum. Alterum verò, S. Sacramenti vulgò dictum, est donum Nobilissimorum conjugum D Gualtheri à Blocklant, & Johannæ Pieck, anno CIↃ. IↃ. LXX. Hæc Johanna fuit amita Theodoræ Pieck, quæ ex D. Theodoro Vygh Domino in Soelen, inferioris Bataviæ præfecto, mater fuit Illustris & generosi Viri Justi Vygh, Domini in Ysendoorn, Curiæ Gelrorum supremæ Præsidis, &c.

meritò cui doctior orbis
Submissis defert fascibus imperium.

Nosocomia sunt tria: Primum peste laborantibus destinatum; secundum ægris militibus; tertium quod nomen habet à S. Elisabethâ, quibusvis ægrotis, quorum res familiaris domi est angustior, quam ut sese in morbo sustentare queant.

Orphanotrophium quoque insigne erectum est anno CIↃ. IↃ. LI. multum in ejus fundationem impendente Catharinâ van Someren, muliere cælibe. Ante annos vero aliquot translatum est in monasterium Maryen-Hoof dictum; ubi minores

res & pauperiores pupilli, parentibus, & bonis destituti, plus quàm sexaginta aluntur utriusque sexus.

a Hierocomium, extra portam, de *Camp-poort* dictam, leprosis destinatum; De quo supra diximus in Cœnobiis.

Est & in foro Piscario Xenodochium, quò peregrinis & advenis pauperibus, ægrotis, & debilibus, quique sibi ipsis per laborem de alimentis prospicere nequeunt, ex itinere licitum est diverti, quorum etiam cura ibi geritur.

Insuper anno CIↃ. CCCC. XLVII. institui cœpit dispensatio eleemosynarum in tenuioris fortunæ homines, privatis in ædibus per urbem habitantes, quæ anno CIↃ. IↃ. LXVII. & anno CIↃ. IↃ. LXXI. ita auctæ sunt, ut jam ingens inopum numerus ex eâ sustenteur.

b Porrò desidiæ & mendicitati tenuioris utriusque sexus pueritiæ ut obviam eatur, publicæ ædes jam olim destinatæ sunt, ubi sub disciplinâ Præfectorum texunt & nent, rebusque ad vitam sustentandam necessariis instruuntur, donec grandiores alii vitæ generi adscribantur. Ex his omnibus Amisfurtiorum liberalitas in egenos patet, ita ut ne maximis quidem & opulentissimis civitatibus hac in re pro qualitate divitiarum cedant.

De his speciatim vide descriptionem D. Henrici ab Outersf, J.U.L. Consulis, &c. delineationi urbis additam.

a Consul Oudersius in suâ descriptione vernaculâ col. 4. §. 2. ait quondam centum alumnos hic fuisse. *Verhoeven.*

b Ptochotrophium (vulgò *de pot*) singulis septimanis elargitur 103. præbendas, in pace triticeo, siligineo, butiro, & pecuniâ, præter laneos & lineos pannos, certis temporibus distribuendos. Sacellum D. Virginis hebdomadatim 64. præbendas habet. *De dagelijcksche armen* 250. pauperes. *De Noothulp*, &c. ex Oudersio. *Verhoeven.*

CAP. X.

De calamitatibus, quibus urbs obnoxia variis temporibus fuit.

Quantum ad urbem ipsam attinet, ejus descriptionem hic breviter pro virili parte lectori ob oculos ponere conati sumus; Superest, ut de rebus ab Amisfurtensibus, aut contra eos gestis, ac primum de infortuniis, quibus cives à Deo

ter Opt. Max. variis temporibus tentati fuerunt (qualia sunt pestes, inundationes, annonæ caritas, incendia, bella, obsidiones, prælia, aliæque calamitates, quibus mortale genus obnoxium est) aliquid agamus. Ut igitur ordine ea pertexamus,

Annis CIↃ. CCC. XLVIII. & CIↃ. CCCC. LVIII. magnâ pestilentia Amisfurtum laboravit. Rursus anno CIↃ. IↃ. LIII. postridie Non. Octobr. grassari cœpit, brevi temporis spatio perimens ultra quadringentos homines, ut habetur in veteribus MSS. Satis quoque adhuc memoriæ civium inhærent anni CIↃ. IↃC. XXV. & CIↃ. IↃC. XXIX. multis funeribus insignes.

Sub Frederico de Zirick episcopo Trajectensi XLIII. anno CIↃ. CCC. XXII. IX. Calend. Jul. Rhenus exundans circa utramque oram veteris Rheni, usque ad littora Oceani obundatus, Amersfordiæ & circumjacentibus regionibus non exiguam attulit jacturam. Anno CIↃ. CCCC. LXXVII. talis erat Amisfurti inundatio, qualis antea nunquam visa. Anno verò CIↃ. IↃ. XCV. V. die Martii, maxima extitit, quum Rhenus inter oppida Rhenam & Wageningam aggeres perfringens tantâ vi aquarum urbem nostram petiit, ut portas ejus duas & mœnia disjecerit, [c] diuque per omnia fere urbis compita scaphis vecti sint homines. Cujus rei testes sunt Rythmi vernaculi portæ Ultrajectinæ & Lutosæ inscripti; ut & versiculi Chronostici muro insculpti prope cataractam, vulgò *Municken-dam* dictam:

Post CIneres RhenUs rVIt haC VaLLosqVe reVeLLens
MVros Ita VrbIs perCULIt.

[c] De hujus anni inundationibus vid. H. Grotii *lib.* 4. *hist. Belg.* Vide & Ever. Reidanum rerum Belgicarum *lib.* XI. *Verhoeven.*

Alia quoque Cronographica, hujus inundationis indicia, leguntur in Curiâ, quæ authorem, nî fallor, habent V. Cl. Dn. *Johannem Corn. Gesselium*, Lib. art. Magistrum, & scholæ Amisfurtensis, dum viveret, Rectorem vigilantissimum, cujus suprà cap. VI. mentionem fecimus. Annis quo-

quoque CIↃ. IↃC. XLIII. & CIↃ. IↃC. LI. Rhenus violentis undis oppidum afflixit, dum præter modum excrescens, & perrupto eodem aggere omnem viciniam inundavit.

Anno CIↃ. CCCC. XCII. cœpit per universum Belgium annona ingravescere, atque extrema caritas frumenti per aliquot hebdomadas Amersfordiæ fuit. Modius tritici emebatur sex florenis, & decem stuferis; Secalis autem quatuor florenis, & decem stuferis. Anno [d] CIↃ. IↃ. LVII. intolerabilis fuit annonæ caritas: Nam VII. Id. Martii quarta pars modii secalis emebatur coronato; ipso die Pentecostes duobus daleris; & postridie quatuor florenis. Sed inopinato Dei auxilio tandem commeatus advenit, atque horrea eum in modum repleta sunt.

[e] De incendiis nonnulla diximus capite præcedenti in descriptione turris Marianæ, & templi D. Georgii: Præter ea autem hæc quoque reperimus. Anno. CIↃ. CCCC. LV. hostes (vetus MS. non indicat quales fuerint) ignem in oppidum conjecerunt, ita ut tota platea, quæ Ultrajectina vocatur, exusta sit. Anno CIↃ. CCCC. LVII. quum bellum esset exortum inter Amisfurtenses, & Ultrajectinos, Ultrajectini igne in civitatem misso, totas plateas, quæ Lutosa, & Ultrajectina dicuntur, exusserunt. Anno CIↃ. CCCC. XCIV. durante obsidione, quâ Nykerckam expugnavit Carolus Egmondanus Gelriæ Dux, ingens exortum est Amersfortiæ, quæ erat in proximo, incendium, quod ædes ultra trecentas funditus absumpsit, in quibus fuerunt coctorum cerevisiæ XXX. itemque cœnobium Minoritarum. *Additur* (inquit Pontanus *hist. Gelr. lib. xj.*) *eo tum capto tempore id egisse Gelros, ut urbem defensoribus vacuam, ac restinguendo incendio occupatam, suæ facerent potestatis; sed oppidanos, relictis compescendo igni fœminis, se mœniaque sua viriliter tutatos, eoque Gelros recedere coactos. Verùm id in annum non istum, sed insequentis* II. *Id. Martii*

d Vide de hac annonæ caritate hist. Belg. P. Borrii ad annum 1575.

e De incendiis inquirenda ea quæ Cons. Oudersius narrat in descriptione suâ vernaculâ, quæ nuperæ urbis delineationi adjuncta est, ubi videndum num anni cum hoc commentario conveniant. Item de domibus in Campo, Anno 1520. Verbeeven.

tii rejicere video acta ejus urbis MSS. Sicut etiam est in veteri MS. quo aliquoties in his Commentariis usus sum. Vehemens quoque incendium fuit anno CIↃ. IↃ. XX. quo schola trivialis voraci flammâ consumpta est, cum CCCC. XXX. domibus. Nuperrimè autem anno 1657. XIX. Octob. incendium absumpsit 22. domos præter horrea, &c. Vide Ouderfium.

CAP. XI.

Bella Amisfurtiorum cum Gelris.

Nonnulli Historici scribunt anno CIↃ. CC. LXIX. Amersfortiam deditione captam esse ab Ottone III. Comite Gelriæ Sed puto hoc referendum esse ad annum CIↃ. CC. LXXX. de quo vide infrà *cap.* XIV. *initio.* Anno autem CIↃ. CC. XCII. Reynaldum Ducem Gelriæ Amersfortiam obsedisse, oppugnasse, & expugnasse, ingentemque civium cladem fecisse, refert Gallicus scriptor Josephus de la Pise, in historiâ Principatus Arausionensis; & ex eo A. Slichtenhorstius *lib*, VI. Anonymus quoque auctor Chronici de Præfectis & Comitibus Gelriæ, in vitâ Reinaldi I. sic ait, neque tamen tempus addit: *Ab Amersfordiensibus lacessitus Gelriæ Comes omnes eorum depopulatur agros, ac multis manubiis ad Gelriam revertitur.* Quod alii referunt ad annum CIↃ. CC. LXXXII. inter quos idem Slichtenhorstius.

Anno 1395. Episcopus Fred. de Blanckenheim Covordiam obsedit, uti ad diœcesin pertinentem; cumque Dux Gelriæ Gulielmus minitaretur obsidionem solvere, vicissim Amisfurtenses Velavis ruinam & incendia minati sunt: Quapropter desistente Gelro episcopus arcem & oppidum cepit.

Anno CIↃ. CCCC. X. Guilielmus VI. Dux Bavariæ, XXIV. Comes

mes Hollandiæ, Zeelandiæ, &c. Amersfordienses in suam societatem atque amicitiam traxit, indultis illis immunitatibus aliquot ac prærogativis, in quarum remunerationem ab Amisfurtensibus impetravit, ut ex illorum oppido in proximam Velaviam, pro libitu se effunderet. Unde ille cædes atque incendia excitare, civibusque sibi adjunctis Velaviam vastare, captivosque perplures abducere cœpit. Sed ei ex adverso occurrit D. Guilielmus ab Arkel junior ducis Gelriæ Mareschallus, seu Equitum Magister; qui mandatu Ducis Reinaldi, avunculi sui expeditâ cum manu *Hoefflacæ* castellum prope Amersfordiam præsidio muniit, excitato præterea non longè inde alio munimento, quod pariter milite complevit, ad defensionem ejusdem arcis Hoefflacensis. Sed D. Hubertus de Culenburgh, D. Joannes de Vianen, & D. Arnoldus de Leyenbergh, Equites ac Præfecti Comitis Hollandiæ cum suis & Amisfurtensium turmis oppido egressi arcem Hoefflacanam, ejectis præsidiariis, incendio absumpserunt. *Alii* narrant Gelros non expulsos arce, sed eam, re intellectâ, tacitè deseruisse, seque ad interiora Velaviæ recepisse; quo viso Hollandos ignem arci & munimento injecisse; ac mox, moto in proximos Nykerckianos procinctu, inde prædâ & captivis aliquot abductis, Amisfurtum rediisse. Gelriæ autem Dux Reinaldus animadvertens conterminos sibi Amisfurtenses suis rebus obesse quamplurimum posse, petentibus pacem concessit; quam tamen minus bonâ fide servatam esse, testantur litteræ anno CIↃ. CCCC. XI. à S. P. Q. Amisfurtensi ad Ducem Reinaldum scriptæ, quibus inter alia conqueruntur, *non modò Gelros, sed illis associatos complures urbis Amisfurti cives, ipsâ die exaltationis S. Crucis, oppidi extremam partem, quæ de Kamp dicitur, occupasse, ac mox veteris oppidi fossam ingressos, ut inde porrò scalis mœnia conscenderent: Verùm id quum minùs succederet, ejusdem extimæ urbis tractum injecto igne fædasse, in-*

incensis viginti & ultra civium ædificiis, ablatis præterea quæ ferri poterant unum ex civibus trucidasse, aliquos etiam lethaliter vulnerasse; eoque perpetrato rediisse in Gelriam, ac ibi inter se prædam divisisse, & agere etiamnum ibidem, ac domicilia fixisse. Hæc istæ Senatus Amersfordiensis litteræ (quæ in Archivis servantur) addentes horum restitutionem expostulare Senatum, præsertim quum ista post initam pacem perpetrata sint. Nomina ipsa cum Amisfurtensium, tum Gelrorum, qui inter coryphæos habebantur, iisdem in litteris citantur: Gelrorum, *Johannes Nagel, Ernestus & Philippus Venselaer, Everardus à Bylaer, Joannes à Dompselaer, Godefridus à Roselaer, Joannes Spaen, Otto à Zallant, Thomas Does, Joannes à Bylaer;* Amersfortensium verò ex pluribus precipuè nominantur, *Wilhelmus à Daetselaer, Lambertus à Lienlaer, Gualtherus ab Hagenouwe, Timannus Gracche, Wolfardus à Bylaer, Gerardus Nagel, Ernestus Brenwiver, Wilhelmus Sybart, Lubbertus Heimanni, Gerardus Bierdraucker, Peregrinus vander-Hoolck, Johannes Coninck, Gerardus Hoest, Gerard van Geyn, Ioannes a Wege, Petrus à Leeuwen, Gisbertus Camp, Everardus Ribben, Godefridus Bosch, Thomas Noes, Ioannes Schrasser, Henricus Brouwer, Theodorus van den Hoeve.*

Anno CIↃ. CCCC. XX. idem Reynaldus IV. Gelriæ dux & Comes Zutphaniæ rursus hostilia Trajectinis intentare cœpit, tractis in suas partes Episcopo Coloniensi, Monasteriensi, Treverensi, ac Duce Montensi, cum Meursæ Comite, & Dominis de Gaesbeeck, & Culenburgh. Et statim, qui erant Velaviœ proximè contermini, impetiti sunt Amisfurtenses. Hi verò de adventu Gelrorum certiores facti, occultas iis paraverunt insidias; sed cum parum prudenter rem gererent, captis suorum aliquot ac trucidatis, Gelris majorem animum addiderunt: *Dux enim ad Amisum flu-*

men

men usque progrediens exercitum tam numerosum adduxit (inquit Heda) *ut ab ortu usque occasum Solis occuparentur lustratione*. Hoc ubi rescivit Fredericus de Blanckenheym Episcopus Trajectensis LI. quingentos armatos Amisfurtum misit cum bellicis aliquot tormentis. Cumque jam oppidani telis, ac bombardis grandioribus (tum primum à monacho Bertholdo Schwarts inventis) horribiliter in Gelrorum castra jacularentur, & multos neci darent, urbem de nocte ingressus est Prior S. Andreæ, quod erat Cœnobium suburbanum, in quo Dux hospitabatur, & magistratum civitatis adiit, iisque pacem nomine Ducis promisit, si Ultrajectinis partibus relictis sese Gelris jungere vellent. Quod per celerem nuntium intelligens Episcopus quingentis equitibus fortissimis comitatus undecimâ noctis horâ Amisfurtum venit; Quo accepto Gelri retrocessêre, Amisfurtiique cum turmis episcopi eos persecuti, pagos aliquot Veluanos incenderunt, Barnevelt, Nieukerck, Terschuer, Putten, Voorthuisen, Ermel, & Eede.

Anno CIↃ. CCCC. LXIV. & sequenti, Magistratus Amersfordiensis iterum sæpiusque ad Arnaldum Ducem Gelriæ, ejusque filium Adolphum litteras dedit, de injuriis ac detrimento, quibus cives ac subditos Amisfurtenses quotidie afficeret D. Hubertus de Culenburgh; sese identidem excusantes, si quid in Gelros vicissim vel à se vel à suis designatum inclementius esset. Estque postremùm res eò deducta, ut modum Huberto ponere, quodque jus & æquum postularet se executurum Dux receperit.

Postea sæpissimè urbem nostram tentarunt Gelri, & tam vi quàm fraude & proditione eam subjugare conati sunt. Inter alia anno CIↃ. IↃ. XXVIII. magno periculo urbs erepta est, cùm quidam Westerfeldius, satrapæ f Arckelensis famulus, & alius Gelrici nominis, Wolf dictus, urbem Carolo Egmondano prodere statuissent, sed detectis insidiis, ni-

f Quidam legunt, *Hattemensis*. Verhoeven.

nihil nisi sibimet malum authores crearunt. Eodem anno identidem excursiones in Amisfurtensium agros institutæ sunt à Gelris, varieque intra urbem trepidatum fuit. Sed tandem Amisfurtenses, capto Gelrorum exploratore quodam, ac cognito adversariorum numero, feliciter cum illis congressi sunt, captique tum atque cæsi in eo conflictu Gelrorum multi, paucis equitum, & in his Wissingio Macro equitum Magistro, inter tumultum elapsis, Arnhemiumque regressis. g Iterum anno CIↃ.IↃ.XXXVI. nocte ipsarum Iduum Junii urbs penè prodita fuit Gelris: unde & quatuor è proditoribus gladio cæsi, & frustulatim è turribus suspensi, duo fugâ elapsi sunt. If. Pontanus autem lib. XI. id accidisse narrat XIII. die Septembris, cujus verba addam: *Estque actitatum continuò de Amersfortiâ per insidias invadendâ, assumptis aut pretio huc traductis ex urbis vigilibus uno alteroque aut pluribus, natione Gelris, quibus se alii e Gelriâ clàm junxere. Hi adesse Ducem decimotertio Septembris summo mane jubent. Nec defuit dictâ die & horâ adesse, cum copiis expeditissimis Princeps: sed re detectâ, accurrenteque ad portas senatu populoque, irritum hoc consilii fuit: Captique ex vigilibus tres quatuorve, dilapsis cæteris, capite plexi pœnam subiere. Non multò antè milites Gelri & Clivenses villas aliquot in Heegelandiâ combusserunt &c.* Sed quemadmodum rectè ait Seneca in Herc. Fur.

g Plures circa idem tempus conflictus, & velitationes inter Gelros & Amisfurtios fuere, de quibus passim Hortensius in libris *secessionum Ultrajectinarum*; Speciatim vide lib. VI. pag. 154 & lib. VII. pag. 161. edit. Ann. CIↃ.IↃC.XLIII *Verhoeven*.

Si æterna semper odia mortales gerant,
Nec cœptus unquam cedat ex animis furor,
Sed arma felix teneat, infelix paret,
Nihil relinquent bella.

Sic etiam quamvis non rarò Amisfurtenses bellis & excursionibus divexati sint à bellicosâ natione Gelricâ, & nominatim à Carolo Egmondano, eorum Duce, Martialis spiritus Principe, tamen etiam aliquoties pacem cum illis fecerunt, eamque

que

que amicitiam ambivit. Anno CIↃ. CCCC. XCII. Wittenhorstius quidam militiæ præfectus sub Maximiliano Romanorum Rege, qui dictum Carolum Ducatu Gelriæ, & Comitatu Zutphaniæ excludere conabatur, Amersfurtum nocte per insidias occupare aggressus est; quibus detectis, ac relictis quas mœnibus jam admoverat, scalis, retrocedere coactus fuit. Unde confestim Amersfurtenses fœdus cum Duce Carolo in eam sententiam feriunt, *ut salvis, quæcunque jam antè cum Diœcesi universâ pacta essent; seorsim inter se, suamque civitatem, & Carolum Ducem, ejusque subditos, omnesque Gelriæ ditiones pax & amicitia coleretur; commercia, transitusque liberi utrimque essent; latrocinia, raptus, incendia, aliaque ejusmodi, quisque ab alterius ditionibus, quantum in se esset, averteret, neque ea ut fierent, aut inferrentur per fines ac districtum alterius, omni utrimque studio advigilaretur; Quod ad cætera, leges ac consuetudines cujusque districtus sartæ tectæ haberentur. Si quæ aliàs controversiæ intercurrerent, ea convocatis utrimque viris publicæ tranquillitatis amantibus, amicè deciderentur. Hæc sub urbis sigillo data, & signata fuere, die* III. *Aprilis, anni jam memorati* CIↃ. CCCC. XCIV. Sic etiam initio anni CIↃ. IↃ. VIII. idem Dux Carolus pacem cum Amersfortensibus pepigit, eamque in annos octo firmiter utrimque duraturam sanxit: Quâ insuper pacificatione stabilitam voluit, quæ jam antè cum universâ Trajectensium diœcesi fuerat inita, amicitiæ fœderationem. Verum post hujus Caroli obitum (qui incidit in annum CIↃ. IↃ. XXXVIII.) quum hæres ejus Guilielmus Cliviæ Dux, &c. ob Principatus Gelriæ, & Zutphaniæ cum Carolo V. Cæsare bellum gereret, majori in commodo urbs nostra per Gelros afflicta est, quod capite proximè sequenti ex fide dignis scriptoribus commemorare decrevi.

CAP. XII.

Amisfurtum à Martino Rossemio captum.

Anno CIↃ. IↃ. XLIII. menſe Julio, Martinus Roſſemius Puderoiæ Dominus antehac Caroli Ducis Gelriæ, & nunc Guilielmi Ducis Cliviæ, Juliæ, &c. Archiſtrategus & Mareſchallus, cum exercitu ſuo vênit,

- - - - novis Amsfordia muris
Qua micat, & pingui locuples exultat in agro:
Tum neque miles erat, nec erant eamœnia circum
Præſidiis [h] orbata ſuis; Amsfordica pubes
Gelrorum vaſtas populatum acceſſerat oras,

ut loquitur V. Cl. Hieronymus Faletus inſignis poëta & orator Italus, tum temporis Ducis Ferratienſis ad Carolum V. Cæſarem Legatus, libro II. de bello Sicambrico. Quibus verbis illud ſignificatur, quod præſidium Amisfurtenſe (conſtans centum equitibus, quos ſub ductore Meinardo Hammio ibi reliquerat Renatus Naſſovius Chalonius Arauſionenſium Princeps) una cum aliquot civibus oppido egreſſum ſit ad agendam ex Velaviâ prædam; quod cum intellexiſſet Roſſemius, qui cum Domino Wellæ belli gnaro, manuque prompto militiæ Tribuno, Woudenbergæ ſubſiſtebat, militari uſus aſtutiâ ex improviſo reditu in urbem præcluſo, illos cum Tribuno ſuo Johanne Voordano apud Nieukerkam magnâ ex parte interficit, reliquoſque capit. Mox Amisfurtum verſus pergit, urbem obſidet, cuniculos fodit, in cuneos milites ſuos dividit, partem urbis unicuique adeundam præſcribit, eamque omni ex parte validè oppugnat. Cives interim (quorum ætas ad militaria munia obeunda erat inutilis) etiamſi ſuis eſſent deſtituti, nihilò ſeciùs tamen hoſtem quantum poſſent, bombardis, telis, lapidibus, aliiſque bellicis in-

[h] *Ornata*, legendum eſſe credo. *Verhoeven*

instrumentis aggressi sunt, plurimisque locis excursiones in Gelros fecerunt. Cæterum dum viri, priscæ virtutis memores, pro vallo certant, mulieres sphæras sulphure & bitumine illinunt, aquam calce miscent, ignique admovent, & ferrea ova suggerunt, eaque omnia magnâ cum alacritate in hostes injiciunt, ita ut Amazonas omnes dixisses. Adolescentuli, aliaque ætas imbellis, plumbeos orbes fundunt, lapides malleis comminuunt & ad mœnia adferunt, ut illis, deficiente ferro & plumbo, tormenta onerarentur. Vidisses etiam pueros, imò ferè infantes, pro libertate patriæ Martio furore corripi, sagittas requirere, atque ad mœnia maturare. Nulla erat ætas, nullus sexus, qui pro natali urbe mori recusaret, & quum novæ identidem acies oppidum peterent, muros crebris ictibus pulsarent, portas conscenderent, jamque extremum urbi & civibus periculum imminerct, quod arcere omninò videbatur impossibile, omnia tamen quæ urbibus saluti esse possent, tentat, hostis verò diverso stratagemate illudit. At quum jam civium animi paulatim deficerent, perpetuisque insultibus & vigiliis dissolverentur, sapientissimus magistratus, ne urbs in extremum periculum præcipitaretur, non sine Numinis instinctu ad deditionem, tanquam ad sacram anchoram, confugiunt. Priùs tamen, ne quid intentatum relinquerent, Rossemium ad colloquium invitant, eique, si exercitum abducere vellet, certam pecuniæ summam promittunt: Ad quæ ille, *Victis conditiones accipiendas esse, non proponendas*, respondit; Addens insuper, *sese non vilis alicujus lucelli gratiâ Principis sui hostes oppugnare, & tot fortissimorum militum jacturam facere; si pacta vellent, urbem dederent, & præterea militibus suis bimestre stipendium solverent, sibi verò octo millia Carolinorum; &, ne quid fraudis hic oboriretur, quos vellet obsides eligeret; Si secus, se militibus suis urbem ferro ignique exscindendam objecturum.*

rum. His auditis nostri nonnihil territi (ut fit ferè quando quis præter opinionem in adversam quandam sortem incidit) omnia quæ victor cuperet, se facturos pollicentur: nihil enim aliàs impetraturos facilè apparebat. Sexto itaque Julii, octavâ visitationis Mariæ, anno CIↃ. IↃ. XLIII. Rossemius urbe potitur. *Estque defensa, adeò animosè ab Amersfordianis civitas* (verba sunt Joan. Is. Pontani hist. Gelr. lib. XII.) *ut quinto demum insultu Rossemio sit dedita.* Verùm pacta minimè servavit ille, sed contra datam fidem & prædæ inhians dicenda tacendaque perpetravit, pro libidine suâ cives omni auro & argento spoliat, mundum muliebrem fœminis ac puellis detraxit. Volunt ex oppido LXXX. millium Rederorum, quorum quisque XXIX. stupheros valebat, summam ab eo collectam & ablatam esse: Nam, ut tradunt, posterorumque memoriæ reliquerunt ii, qui in vivis tum fuêre, & in his Nob. Dominus Joannes Harpertus Amstelius de Mynden, etiam annuli singulorum, præter ceimelia tam sacra quàm profana, hunc in censum allati sunt. Lubet etiam hac de re testimonium citare scriptoris Gallici Jos. de la Pise in histor. de Principatu & Principibus Arausionensium, pag. 258. *Le Mareschal* (Rossem) *assiege la ville d'Amersfort, qui composa sa reddition au prix de 7000. florins d'or; mais comme le Mareschal fut dedans, non content de cette lippée, il se prevalut de toute la vaiselle d'or & d'argent, bagues & joyaux des femmes qu'il y trouua*, &c. Qui etiam ibidem scribit, *Rossemium ditissimos quosque civium abduxisse; & tribus cohortibus in præsidio relictis Gelriam repetiisse.* Princeps Arausionum Renatus de Chalon, qui Amisfurtiis nimis serò auxiliatum venerat, infectâ re discedere coactus fuit. Postea autem die XVII. Octobris Rossemius Caroli V. Cæsaris litteris admonitus, urbem reliquit: Fædus enim Venlonæ pactum erat inter Cæsarem & Ducem Cliviæ Guilielmum, Princepsque Auriacus oppidum Amisfurtense no-

nomine Imperatoris in possessionem recepit. [i] De hac expugnatione in quodam carmine ita meminit Levinus Crucius.

Tu spolium Rossi Martini Amsfordia, robur
Hollandis, dirâ proditione cadis.

Item Chronographicum:

PræsIDIo Capto, & LeCtIs qVoqVe CIVIbVs orba
Præda fUI GeLrIs, RosseMIoqVe DVCI.

Ut & Rhytmi vernaculi, qui in omnium ore jam nuper esse solebant:

Amersfoort was een kamp vol Stieren,
Keyser noch Koning kost haer regieren,
Maer doen Meerten van Rossum quam,
Die maeckte van elcke stier een lam.

Prolixiùs autem Petrus Apherdianus, qui tum temporis vixit, & Rector fuit Gymnasii Harderovicensis, postea Amstelodamensis, in Elegiâ quadam ad Clarissimum virum Dominum Ernestum de Wit, Henrici fil. conscriptâ, quæ talis est:

Si cupis horriferi cognoscere prœlia Martis,
Non opus est retrò volvere gesta Ducum.
Quos strepitus præbent bellorum perspice nostra
Tempora, cognosces hæc, mihi crede, satis.
Nullus enim locus est, quem non furor undique vastat
Mavortis: pereunt igne-fumante domus;
Ruricolæ fugitant, altis se montibus abdunt:
Hostis habet vaccas, & genus omne pecus.
Oppida cinguntur violento milite passim;
Pugnatur terra graviter atque mari.
Quod sumus experti non multis antè diebus,
Ut canere institui, si mihi Musa favet.
Veliacos interfertur Neoclosta pagos
Dives opum, bello commoda visa satis.

Nul-

[i] Lud. Guicciardinus lib. 1. Histor. *Clivensis Dux (cujus auspiciis Rossemius militabat) ex pacto Venlonensi, Ducatu Gelriæ, &c. Imperatori Carolo V. cessit, & Amersfordiam sine detrimento restituit, ac præsidiis nudavit.*

Mille suprà passus hinc urbs est mœnibus altis,
Utrica terra tenet quam ditione suâ:
Præsidium cujus pagum vastare volebat,
Quem dixi; sed sors hæc miseranda fuit.
Nocte intempestâ portæ panduntur, & omnes
Spe prædæ gressum præcipitante ruunt.
Hæc ubi rescicunt per agros rumore volante
Ruricolæ, capiunt protinus arma sua.
Hic rigidos arcus, pennataque spicula, tardas
Ille sudes, alius, casus ut iste dabat.
Hostibus occurrunt turmatim, prælia tentant
Eminus ex latebris, insidiisque suis.
In crassâ tandem refugum cinxêre palude,
Jamque elabendi rimula nulla datur.
Rurales instant; Nunc hic, nunc occidit ille,
Lethiferoque ducis vulnere membra labant.
Hostis ut hic cernit victum se projicit arma,
Impetrat & parci deditione sibi.
Ordine post pugnam magno gens rustica victos
Ad sua cum spoliis culmina ducit ovans.
Hæc ubi fama volans retulit per Gelrica longe
Oppida, jam proceres huc properare vides.
Obsidione parant arctâ, quam diximus, urbem
Cingere, sperantes jam citò posse capi.
Rossemus subitò non millia pauca virorum
Admovet, & muris sat prope castra locat.
Vulcanum miles portis inferre laborat,
Ut daret accessus omnia flamma vorans.
Sed cives adeò properanter ad arma feruntur,
Ut, quæ sic struerent, irrita cuncta forent.
Est visum tandem, quâ possent parte, potenti
Oppugnare manu; nec mora, quæque parant.
Conglomerat se densa cohors clangore tubarum,

At-

Atque acies circum mœnia magna struit.
Exoritur clamor, miles jaculatur, ab omni
Parte subit portas, scandere quisque studet.
Undique saxa volant, aqua ferventissima passim
Funditur ex muris, corpora multa cadunt.
Tandem defessi cives, cum nulla subesset
Spes defendendi se, patriamque suam,
En, clamant, hostis, vestri submittimus urbem
Principis imperio, fœdera amica feri.
Non facile exorant: Nam pars in mœnibus hærent,
Robora portarum pars penetrare student.
Sed rem componunt tandem Proceresque ducesque,
Leges præscribunt, æs dare grande jubent.
Sic qui floruerat populus per secula multa,
Hostibus exiguo tempore præda fuit.

Anno CIↃ. IↃ. XLIX. die IV. Octobris, Philippus Caroli V. Imperatoris filius (postea Rex Hispaniarum ejus nominis II.) Ultrajecti, & postridie V. Octobris Amisfurti, in Dominum Provinciæ Trajectinæ inauguratus est. Quum autem dictus Princeps Ultrajecti exciperetur, in Arcu quodam Triumphali Urbs Ultrajectina formâ mulieris cum minoribus oppidis extabat; Amersfortiæ autem, in formâ gravidæ mulieris, hoc distichon additum erat, allusione ad captam urbem:

Sunt quibus haud castæ mea virginis ora videntur.
Id fateor: Bello pectora dura fero.

CAP. XIII.

Bella Amisfurtensium cum Hollandis.

Huc referri posset clades, quam cives fori Hemani [k] anno CIↃ. CCC. LVI. in pago Soest passi sunt à Præfecto oppidi

[k] Sic Guil. Heda loquitur, sub Joanne IV. Episcop.

pidi de Naerden, sed quoniam ejus mentionem fecimus, suprà cap. II. in descriptione Susati, non repetemus, sed lectorem eò remittimus, & ad alia pergimus.

Anno CIↃ. CCCC. XVII. cives Amisfurtenses D. Jacobam Bavaram Hollandiæ, &c. Comitissam propriis sumptibus in bello contra Dominum Guilielmum de Arckel gerendo, & in recuperando Gorcomio adjuvarunt, cæso præfecto Domino de Arckel cum suis: unde ab eâ publicis litteris gratiarum actionem meruerunt; atque insuper illis addicta est secunda pars hostium istis bellis captivorum, *ult. Januarii*, 1417.

Durante hoc bello contra Arckelium, Jacobæ quoque deditur Yselsteinium eâ lege, ut cives salvis corporibus starent ejus arbitrio. Sed Ultrajectini & Amisfurtenses (qui strenuam operam Comitissæ navârant) oppidum isthoc exosum habentes, eo quòd ex suis urbibus exulantium esset receptaculum; auxiliantibus D. D. de Brederode & Montfoort, obtinuere à Bavarâ potestatem oppidi; Quod primò incendentes, arcem, portas, ac moenia cum turribus funditus delerunt,[l] ipso die Apostolorum Petri & Pauli. De quo etiam vide Chronicon domus Egmondanæ, in Joanne II. Egmondæ Domino, ad annum CIↃ. CCCC. XVII. Heda autem refert ad annum CIↃ. CCCC. XVIII.

[l] Exceptis templo & monasterio, ut ait Fasciculus temporum.

Anno CIↃ. CCCC. XVIII. mense Septembri (sed Pontanus ad annum CIↃ. CCCC. XVII. refert[m]) factio illorum, qui Cabeljaui in Hollandiâ dicebantur, quique adversarii erant Comitissæ Jacobæ, rursum occuparunt Gorcomium cum auxilio necessariorum suorum; & qui in fide Jacobæ erant confugerunt ad arcem, & illicò subsidium per litteras petiverunt ab amicis, præsertim à Trajectinis & Amersfordianis, qui ex tempore advolarunt. Princeps verò Jacoba, congregatâ ex improviso satis validâ manu, navigio in arcem recepta est. Unde Trajectini atque Amisfurtenses, ut sese

Fasciculus quoque temporum refert ad Annum 1417. & addit factum fuisse die Jovis post festum S. Elisabethæ. *Varluenum.*

sese his copiis jungerent, murum urbis perfregerunt, & portâ quæ prope arcem erat apertâ, non sine stupore hostium extensis vexillis per vicum progressi sunt, & sese aliis ex arce prosilientibus conjunxerunt. Cumque junior Dominus de Arckel, viribus suis confisus [n] in sequentem diem prælium offerret, & Jacoba respondisset, sese pugnandi gratiâ eò venisse, postridie confestim hinc inde acceleratur ad arma. Erat fossa ingens disjungens Trajectinos & Amersfordianos ab adversariis (inquit Heda) & ne viderentur signa canere receptui, si fossam circuirent, animosè tranantes in hostes erupêre, & postquam diu hinc inde acriter pugnaretur, tandem mansit penes Jacobam victoria, & præter filium Domini de Arkel, non pauci ex primariâ nobilitate ceciderunt. Ex parte Jacobæ concidit etiam, magno Comitissæ damno, Dominus Brederodius, qui tum primum in militiæ ordinem adscitus erat; idque accidisse suorum errore refert Fasciculus temporum. Cum Arkuleio autem qui occubuêre, memorantur non modò ex familiâ & gente ipsius, sed ex Gelris quoque ac Juliacensibus aliquot haud infimi ordinis, tam capti, quàm cæsi. Inter cæsos erant, Dominus Opburgensis, Henricus Nothus Arkulensis, Allardus à Bueren, Splinterus à Nyenrode nothus, Otto à Gelcom, Otto à Ghemen, Gulielmus ab Appeldoorn; aliique plures, sed minoris nominis, & ultra millenos aut occisi, aut submersi sunt. Capti fuerunt Comes Vernenburgius, Comes Hulburgius, Henricus ab Homoet, Dominus in Mylendonk, Dominus à Paderoyen, Præfectus Waldorpæ, Dominus Batenburgi, Theodorus à Lienden, Guilielmus ab Ysendoorn, Arnoldus & Raso ab Ordingen, Theodorus ab Hemmen, Dominus ab Oorslot, Arnoldus ab Egmont, Otto de Vueren, Eques, Johannes ab Heteren, Johannes ab Oyen, Arnoldus à Graenhem, Arnoldus ab Harler, Eques.

n Habebat enim in urbe tria millia armatorum & quingentos, ut ait Fasciculus temporum. *Verhoeven.*

Fasciculus temporum alios nominatim addit, diemque conflictus dicit fuisse Calend. Decembris 1417.

Sed dum de his duobus Gorcomii invasionibus varios authores consulo, eosque quantum ad tempus, & rei gestæ narrationem conciliare studeo, animum subiit ut facilè crederem, esse unam tantum eandemque invasionem ope Amisfurtiorum à Principe Jacobâ factam.

Anno CIↃ.CCCC.XIX. magna bella excitata sunt inter Hollandos, & Trajectinæ Diœceseos incolas: Quamvis enim Philippi Boni Burgundiæ Ducis authoritate atque persuasu inter utramque gentem pacificatio facta esset; ea tamen non rectè à nonnullis Hollandorum servata est, idque eâ præcipuè de caussâ, quòd Dynastæ Ysselsteinii & Egmondæ hoc fœdere comprehensi non essent. Illi igitur suis ac Gelricis confisi copiis; non modò Johanni Bavaro auxiliares adfuerunt, sed & partibus Comitissæ Jacobæ, quaquà poterant, sese adversarios ostendebant. Unde Ultrajectinis iter in Hollandiam facere, aut eò commercia sua transferre intutum erat: Bona quæ vel è Brabantiâ, vel è Flandriâ navibus advehebantur, circa municipium Crimpe, ubi Leccæ est initium, detinebantur, & negotiatores in vincula abducebantur. Eveniebat quoque idem Amisfurtensibus in Flevo, sive sinu Austrino, ubi merces eorum è navibus surripiebantur per Dominum Johannem de Egmondt. Præterea Johannes Bavarus, Hollandiæ, Zeelandiæque Comes, seu potius Tutor, pactum inierat cum Reynaldo Gelriæ Duce, ut si Amersfordiam vel arte vel vi suæ potestatis facere posset, eam sibi Dux retineret, ac Ducatui Gelriæ annecteret. Quibus omnibus de caussis Trajectini cum Amisfurtensibus Legatos ad Joannem Bavarum misêre, qui de his similibusque injuriis apud eum conquererentur. Sed frustra fuêre, cum ille aures parum attentas querelis eorum commodaret. Ubi igitur animadverterent, sese hic parum aut nihil proficere, in Brabantiam abierunt ad Ducem Brabantiæ Johannem, Jacobæ Comitissæ maritum, sibique auxilium ferri

ob-

obnixè petierunt. Sed & ibi nihil impetrant, quapropter domum reversi Præsulem suum Fredericum de Blankenheym, ut & oppida Transisalaniæ, Daventriam, Campos, & Swollam, compellare coacti sunt, & auxiliares illorum manus implorare: a quibus etiam non illubenter susceptæ fuerunt eorum querelæ; Accedentibus præterea Trajectensium & Amisfurtiorum partibus D. Guilielmo Brederodio, D. Philippo de Wassenaer Burchgravio Leydensi, unà cum oppido Leydensi, D. Johanne Burchgravio Montfortensi, D. Joanne Heemstedæ ac Benthusæ Domino, aliisque, qui ab Asellatis sive Cabellaviis Hollandiâ pulsi in dioecesi Ultrajectina exules agebant. Ex adverso autem contra eos facta est confoederatio inter Johannem Bavarum, Hollandiæ Tutorem, & Reynaldum Gelriæ Ducem; quam mox Anno CIↃ. CCCC. XX. secuta est obsidio Amersfortiæ per Gelros, de quâ *cap.* XI. ad annum 1420. vidimus, ideoque non opus est hic repetere. Anno autem CIↃ. CCCC. XXI. cives Amisfurtii ingens munimentum ad ostium Amisii posuerunt, ut ejus ingressu Hollandorum naves per sinum Australem vagantes excluderent; Transisulani quoque captas aliquot in eodem freto naves Amisfurtum impune abduxerunt. Verum sequenti anno CIↃ. CCCC. XXII. circa festum Pentecostes, Trajectini & Amisfurtenses pacem inierunt cum utroque Duce, Johanne scilicet Bavaro, & Reynaldo Gelro, vel potius pecuniâ redemerunt: *Nam*, ut Heda tradit, [p] *ita utrimque conventum fuit, ut Trajectini & Amisfurtenses utrique Duci pro damnis illatis certam pecuniæ summam penderent.* Quæ etiam Bavariæ Duci fuit annumerata; Reynaldus verò Dux ante factam solutionem improvisò interiit in agro, dum ventrem exoneraret: Anno nimirum CIↃ. CCCC. XXIII. ut est in Chronico populari. Vide etiam Aquilium in hist. Gelricâ, & ibidem notata per Pet. Scriverium. Eodem quoque anno Joannes Dux Ba-

[p] In foedere de eo nihil. Vid. infr. *in not.* ad Auctor. incert. *Matth.*

veriæ, & Fredericus Trajectensium Præsul vitam cum morte commutarunt. Quantum verò ad fœdus, reperiuntur in Ducatus Gelriæ Archivis litteræ in membranâ scriptæ, quibus episcopus Ultrajectinus Fredericus Blanckenhemensis, ipsique cives Ultrajectini & Amisfurtenses, se Duci Reinaldo obstringunt, ac promittunt se hanc reconciliationem sartam tectam habituros, & de pecuniâ promissâ obsignatas tabulas per procuratores suos Culenburgi reddituros, omniaque amicè ac pacatè transacturos. Huc etiam delegatos suos misisse Transiselaniæ urbes, Daventriam, Campos, & Zwollam, utpote qui caussam suam cum episcopo, Trajectinisque, & Amisfurtensibus sociaverant, ex iisdem litteris patet.

Anno CIↃ. CCCC. XXVII. Philippus cognomento Bonus, Dux Burgundiæ, & Protector Hollandiæ, Zeelandiæ &c. Amisfurtensibus bellum indixit, propter abdicatum præsulem Zuederum Culemburganum, & quod à partibus Comitissæ Jacobæ stetissent. Venit igitur ipse cum numeroso exercitu Picardorum, Burgundionum, & Hollandorum, copiasque suas Amersfordiæ admovit: quò Ultrajectini nocte antecedente suppetias trecentorum sagittariorum miserant. At instituta est nihilominus oppugnatio, existente belli totius Præfecto Domino de Liledamo, qui & Bunschotiam suæ potestatis fecerat, ut secluderet Amisfurtenses à mari Austrino, Quemadmodum & suprà *cap.* II. in ejusdem oppidi descriptione vidimus. Pugnatum igitur est acriter per quinque horas, resque erat in ancipiti; civibus jam ter à muris recedentibus, & omnia periisse clamantibus; sagittarii tamen Ultrajectini, cum nonnullis Amisfurtiorum juvenibus, ad arma promptioribus, etiam fœminis aliquot, fortiter restiterunt. Hic sese Philippus Dux magno exposuit periculo; dum non tam imperatoris, quam militis vicem gerens, ipse fossas transilit, suoque exemplo strenuè milites ex-

exhortatus *propriâ manu pugnat in propugnatores, qui* (verba sunt Jac. Meyeri Annal. Flandricorum lib. XVII.) *magno erant numero, & viri robustissimi, pro patriâ, aris, focisque decertantes.* Et quoniam civitas plena erat coctoribus cerevisiariis, aquam polentâ coctam & bullientem ad moenia ferebant, inque hostes effundebant. q Amisit hic Philippus telo balistario interfectum Johannem à Bosco, cum aliis quàm multis ex nobilitate fortiter dimicantibus. Appendix quoque ad Chronicon Johannis Bekæ ex MS. codice Gisb. Lappii à Waveren J Cti Ultrajectini sic habet in capite de electionè Swederi LII. Episcopi Trajectensis, & ejus expulsione: *Hac anno* (scil. 1427) *Dux Philippus diffidavit Trajectenses propter rebellionem sedis Apostolicæ, & obsidens Amersfordiam, eam impugnavit, sed vulneratus retrocessit.* Hæc appendix. Coactus est igitur tandem Burgundiæ Dux receptui canere, seseque propter ingens periculum ab urbe retrahere, & ab oppugnatione desistere. Integro hic octiduo cadavera e fossis & propugnaculis extracta, tellurique mandata esse, omnes Annalium scriptores consentiunt. Hujus autem obsidionis, sive potiùs oppugnationis, indicia vetera extabant adhuc jam nuper suspensa sub æde D. Georgii vexilla militaria, quæ hostibus erepta fuerant; Tum & gratitudinis ergò in vigiliâ omnium sanctorum sollemni (ut vocant) processione testari hanc victoriam quotannis Amisfurtenses solebant.

q Quod memini in veteri Chronico Anonymi vocari, *Levare caput & corpus inimicorum*, idque de eâdem hac Amisfurtiorum propugnatione. *Verhoeven.*

r Refert Meyerus, de quo dixi, Flandricarum rerum scriptor accuratissimus, solutâ obsidione Amersfordiensi, Philippum Burgundiæ Ducem stupendæ molis navigium Amsterodami exædificari curasse, idque mox in Amisio flumine (sive Emâ, ut loquitur) jussisse collocari, ut scilicet fluvii istius usus Trajectinis & Amisfurtensibus impediretur. Navigium isthoc valli, sive munimenti instar erat, & Cattum, sive felem nominabant, multumque damni ex eo hosti-

r Refert etiam Fasciculus temporum in Chronico Hollandico, *fol.* CCC. XIII. *verso edit. Ultraject. anni* CIↃ. CCCC. LXXX. *Verhoeven.*

hostibus suis adferebant. Quapropter Amisfurtii, ope & auxilio Trajectinorum, duo fortalitia in ejusdem Amisii ripâ collocarunt; quibus magnâ ex parte selem istam destruebant, quæ etiam postea vi glacierum, huc illuc disjecta, ac rupta funditus interiit: *Ita ut verissimum sit* (est epiphonema Jo. Is. Pontani *hist. Gelr. lib.* IX.) *quod vulgò dicitur, casum interdum facere, quod ingenio negatum est.*

Anno CIↃ.CCCC.XLI. rursus à Philippo Burgundiæ Duce obsessa & oppugnata est Amersfortia; adeoque fortiter defensa à civibus, ut multis Hollandorum militibus desideratis, & occiso insuper viro quodam nobilissimo, Dux coactus fuerit urbem relinquere. Habetur hoc in MS. veteri (quod ante annos aliquot videre mihi contigit) sed in aliis scriptoribus non reperio; An unum idemque sit cum superiori, diligentibus Antiquitatum indagatoribus dijudicandum permitto.

Id impensius miretur quis. Nam qui prioris meminit obsidionis Jac. Meyerus ad Ann. 1427. idem hujus etiam meminit ad Ann 1441. Add. Auctor. incert. infr. & quæ ibid. notavi *Matth.*

Anno CIↃ.CCCC.LXXX. circiter festum S. Catharinæ, Amisfurtii omnes Asellatos, sive Cabellavicæ factionis consortes, oppido expulerunt.

Anno CIↃ.CCCC.LXXXI. quum Præfectus esset Hollandiæ D. Joannes de Lalain, Harlemenses cum Amstelodamensibus, aliisque civitatibus Hollandiæ Borealis (quam & Noort-Hollandiam, & Westfrisiam vocant) navibus in Amisium venêre, ut Amisfurtensibus ingressum & egressum prohiberent; Nostri autem, fugatis Hollandorum navibus, Naerdam, oppidum Goylandiæ petunt, ac spoliant.

CAP.

CAP. XIV.

Bella Amisfurtiorum cum Ultrajectensibus, vel episcopis.

Anno CIↃ.CC. LXXX. Kenemarii, duce D. Giselberto ab Amstel junctis sibi Frisonibus vicinis, & Waterlandis, Ultrajectum veniunt, expulsionem & proscriptionem nobilium petunt; idque propter repulsam Gosuini Amstelii, Præsulis olim Trajectini. Oppidani repentino periculo commoti, & jam antè non satis propitii nonnullis nobilium familiis, proceribus ejectis & omni magistratu abdicato, viros ex suorum numero XL. elegêrunt, qui civitatem regerent, & civibus jus dicerent: iisque sese conjunxerunt Amersfordienses. Johannes autem Nassovius XXXIX. Episcopus Trajectensis contumeliæ hujus impatiens, cum Ottone Comite Gelriæ junctis copiis, 11. die Septembris, Amersfordiam sese contulit, quod urbis ejus cives paulò antè fœdus cum Kenemariis pepigisse non ignoraret. Cumque aliquamdiu oppidum obsidione & machinis impugnassent, tandem deditione captum magnâ calamitate affecerunt. *Inclementius autem cum Amersfortensibus tum actum reperio, quod Gelriæ Comitem verbis petulantioribus excepissent*, ait Joan. Is. Pontanus, *lib.* VI. *histor. Gelricæ*, qui hæc rejicit ad annum CIↃ. CC. LXIX. cùm tamen mecum faciant magnum Chronicon Hollandiæ, *Divis.* XIX. *cap.* VIII. & Annales Matthæi Vossii, *lib.* IV.

Anno CIↃ. CCC. LXVI. rebellabant Amisfurtenses contra Johannem Varneburgium Episcopum Trajectensem XLVIII. negantes ei solvere consueta vectigalia & tributa, solitosque census, & episcopales reditus. Quapropter episcopus ipso die S. Margaretæ urbem obsidione cinxit, quæ octavo deinde

die ipsi conciliata est, eâ lege, ut penderent quicquid antiquitus tenebantur, *Mits belovende de oude contributie*, inquit Chron. Hollandiæ:

f Fasciculus temporum dicit Episcopum post captam arcem Horstanam ab Amisfurtensibus & Rhenanis intromissum esse. *Kerhoeven.*

f Anno CIↃ.CCCC.XXIV. Suederus Episcopus Trajectensis LII. postquam tumultus aliquot Ultrajecti exortos nonnullorum cæde compescuisset, etiam Amersfordiam venit, ad sopiendas seditiones illic excitatas: Quò cùm venisset, nonnullos proscripsit, alios capite plecti jussit; *Quæ omnia ex auctoritate suâ fieri declarabat*, inquit Guil. Heda, qui hæc in annum sequentem refert.

Anno CIↃ.CCCC.XXVI. idem Zuederus præsul, cùm Ultrajecto exclusus esset eique suffectus Rudolphus Diepholtius Ultrajecti admitteretur, Amersfordiam concedere statuit; ubi primò repulsam passus ægrè tandem intromissus est, atque inde per internuncios ac legatos sibi conciliavit D. Johannem Egmondanum, Præfectum Ducatus Gelriæ, Arnaldi Ducis patrem, Ultrajectinis & Amisfurtensibus infensum, à quo etiam copias aliquot equitum ac peditum obtinuit, quos tamen Amisfurtenses admittere noluerunt. Unde stratagemate usus Episcopus, finxit sibi summo mane extra urbis portam animi caussâ prodire constitutum: ac mox in ipso portæ limine dum moram trahit, extemplò equites, peditesque Gelri (qui pridie recessum simulantes in insidiis sese collocaverant) celeriter è cannetis exiliunt, ad urbem properant, eamque inopinatò occupant. Episcopus tam facilè & feliciter oppido potitus id operam dedit, ut præsidiis probè defenderetur, ac in omnem eventum additis munimentis arceri à mœnibus hostis posset. Quem in usum bina ædificari castra, sive valla, ut Heda loquitur, curavit; quorum alterum juxta portam ab inventione imaginis Divæ virginis Mariæ celebrem, alterum intra urbis mœnia collocari fecit. Hinc plurimæ in Ultrajectenses ex Amisfurto factæ per Gelros direptiones atque rapinæ. Sed Rudolphus Diepholdius tandem ope aliquot etiam

op-

oppidanorum, Amisfurtum cum præsidio ingressus, utrumque castrum invasit, † captis Petro Culenburgio, Zuederi Præsulis fratre, Gosuino à Vanderick, Theoderico van Royen, aliisque. Quam rem paullò aliter gestam narrat G. Heda in Zuedero episcopo: *Paulò post effectæ sunt induciæ inter Trajectanos & Gelrios, seclusis illis de Emenessâ, & locatis præsidiis in vallis, Gelrii excessêre Amersfordiâ: Non longè post eorum recessum, habito levi priùs & secreto inter cives susurro, illi de Emenes noctu appropinquarunt oppido ex unâ parte. Fit concursus civium ad mœnia, & qui vallo ad portam præerant similiter accurrunt, & tunc ex aliâ parte supervenientes Trajectani transcendunt vallum & mœnia oppidi, tunc Gelrii confugientes ad vallum intra oppidum tanquam in matula conclusi coacti sunt sese dedere, quo pacto Amersfordiani rursum in pristinam libertatem restituti sunt.* Hactenus Heda. Diepholtius autem ex oppido Amisfurtensi ad Arnaldum Gelriæ Ducem litteras scripsit, in hanc propemodum sententiam.

† Fasciculus temporum nominat Petrum de Culenburch, Joannem de Ackoyen, Gosuinum à Vanderick, Theodorum à Wyc, & ducentos præterea captivos fuisse ait: Idque factum esse circa festum omnium sanctorum.

Nos Rudolphus Diepholdius Postulatus Ultrajectensis, cum antehac non semel te Arnolde Dux Gelriæ, &c. per litteras commonefecerimus, ac detrimentum eorum, quæ nobis, nostrisque civitatibus, ditionibus, ac subditis ultra Isalam positis multoties tuis in territoriis, perque tuos & alios, quemadmodum litteris hac de re ad te datis expressum habetur, fuerunt illata, restitutionem efflagitaverimus, nec tamen responsum huc usque ullum obtinere potuerimus; quod nobis nostrisque amicis opidò suspectum est, & neutiquam etiam convenire judicatur; cum ejusmodi nos esse speremus, qui saltem responsione aliquâ digni simus; & postea quoque à tuis, inque ditionibus tuis, detrimentum nostri haud semel acceperint: Et jam nuperrimè insuper subditi tui, aliique tuo nomine in oppidum nostrum Amersfortiense magno numero irruêre, cædibus, rapinis, incendiis, ædium-

diumque effractionibus grassantes, tum & castella ibidem ponendo, unde damna perplura cum Clerus noster, tum alii incurrere. Nos idcirco de hisce omnibus ac singulis ut nobis nostrisque præstatio fiat, identidem a te postulamus. Si verò (quod tamen haud opinamur) id neque nos, neque nostri obtinere poterunt, cogemur jus nostrum persequi, ubi æquum id esse ac oportere judicabitur. Super hisce ut scripto nobis respondeatur, per tabellarium præsentem flagitamus. Datum in urbe nostrâ Amersfortiensi, sub sigillo nostro, anno Domini CIↃ. CCCC. XXVI. *die sexto Novembris.*

Anno CIↃ. CCCC. XXXIII. Rudolphus à Diepholt Episcopus Trajectensis LIII. in obsidione Monasteriensi occupatus, ut Walravium de Meurs in Præsulatum inibi introduceret, à D. Jacobo de Gaesbeeck, aliisque conjuratis qui factâ conspiratione Trajectum occupaverant, civitate suâ exclusus est, usque ad annum CIↃ. CCCC. XLIX. Quo tempore cum Ultrajectini, celebratis comitiis, & magistratu de more designato, jam comessationibus atque poculis indulgerent, Rudolphus præsul auxiliante D. Henrico Burghgravio Montfortensi, & civibus quibusdam oppidi Amersfordiensis, intempestâ nocte [v] perfossis mœnibus clam urbem intravit; & confractâ illicò portâ, reliquisque militibus admissis, introrsum tendens cum suis ad forum Palatinum (vulgò *de Plaets* dictum) cum jam vicum, quem Prætoris vocant, intrasset, ingens civium turba ipsi fit obviàm. Pugnatum est utrimque acriter, ipso Antistite in pede vulnerato, & ex equo dejecto Burghgravio Montfortensi Henrico; victoria tamen penes Episcopum remansit, qui hoc pacto urbe potitus in pristinam dignitatem restitutus est. Desiderati sunt in eo conflictu nobiles atque cives aliquot Ultrajectini, inter quos Dominus de Lichtenbergh, Proeys, Massche, aliique. Arnoldus verò de Amerongen, & Henricus Jacobi Gaesbecani filius capti, & capite plexi sunt. Dominum de Gaesbeeck, præcipuum exilii

[v] S. Blasii, ut ait Fasciculus temporum; in quo & locus perfossi muri indicatur, scil. inter portam Albam, & Turrem Hebetem, ut vulgo vocant. *Kerhoeven.*

sui

sui authorem, non antè dimisit episcopus, quàm sibi omnia sua Dominia, quæ in Diœcesi Trajectinâ possidebat, confectis publicis instrumentis venderet. Ea autem erant oppidum Vico Durostadium, Batavodurum olim dictum, unà cum territorio suo, & castrum in Abcoudâ, cum suis annexis: Eâ tamen conditione, ut pro his ab Episcopo semel reciperet tredecim millia florenorum, & Dominia ipsa ad vitæ usque finem retineret, tum verò ad Episcopatum accederent; quæ quidem brevi eò devoluta sunt; quod Dominus de Gaesbeeck intra anni spatium diem obierit, in festo scilicet Vedasti atque Amandi. Hæc autem transactio facta est per intercessionem Domini de Lannoy, tunc Regentis Hollandiæ nomine Philippi Boni Ducis Burgundiæ, ut videre est in appendice incerti authoris ad Bekam. Episcopus quoque Diepholtius publicis litteris gratias egit Amisfurtensibus, datis anno CIↃ. CCCC. XLIX. die Martis post festum Matthiæ, iisque condonavit si quid unquam deliquerint.

Imo vita concessit decennio demum post Anno CIↃ. CCCC. LIX. Vid. *lib. de jur. glad. cap.* 24. Matth.

Anno CIↃ. CCCC. LV. quum Rudolphus Diepholtius Episcopus Trajectensis, conceptâ ex diutinis laboribus animi ac corporis ægritudine, in arce suâ Horstâ, vel, ut alii testantur, Vollenhovæ XX. die Martii exspirasset, Canonici Ultrajectini unanimes in ejus locum elegerunt D. Gysbertum Brederodium, Præpositum Cathedralis ecclesiæ D. Martini. Qui tamen initio administrationis suæ statim severiùs agens, cives quosdam Ultrajectinos in exilium egit, quod Diepholtii partibus favissent. Illi autem Amisfurtum sese recipientes, inde per legatos & litteras Philippo Duci Burgundiæ auctores fuere, ut ipse apud Pontificem Romanum pro filio suo notho Davide Burgundo, tum temporis Teruanæ Episcopo, intercederet. Philippus non ignarus perpetuum esse inter Hollandos & Trajectenses dissidium, idque hoc pacto tolli faciliùs posse, confirmationem à Calixto III. Pontifice non difficulter impetravit; qui etiam Davidem inter legitimè natos habendum

dium pronuntiavit. Hunc quum parens Philippus in Episcopatum vellet inducere, Amersfordiam & Rhenam diœceseos Ultrajectinæ oppida, per Adrianum de Borsalià, Duvelandiæ Dominum, occupavit, in quibus etiam civitatibus David Episcopus inauguratus est; Mansitque illo anno Amisfurti (unde *Davids-Hof*, locus notus) eò quòd ob præsentiam Gisberti Brederodii non admitteretur Ultrajecti.

Anno CIↃ. CCCC. LXIV. contentiones inter Episcopum Davidem Burgundum & Præpositum majoris ecclesiæ Gisbertum Brederodium, in bellum erumpere cœperunt; & Episcopus cum fratre Antonio, quem in auxilium acciverat, prædas aliquot ex Amisfurto egit, inque vicem egêre Trajectini, qui etiam circa idem tempus incenderunt ad suburbia Amersfordiæ molam; & Amersfordienses rursus Biltam. Eodem anno, à Trajectinis honorificè recepto Davide Episcopo, propè antrum Vulpinum (vulgò de Voskuyl) Trajectini ceperunt cives aliquot Amersfordienses, permittente, ut credebatur, Episcopo.

Anno CIↃ. CCCC. LXXII. Gisbertus Brederodius, ejusque frater Reinaldus, & Reinaldi filius naturalis Walravius, ut & D. Joannes ab Amerongen præfectus civitatis Ultrajectinæ, rursus adversus episcopum Davidem insurrexerunt; ac memores oppidi Amisfurtensis cives hunc Davidem primos in Gisberti præjudicium recepisse, atque inaugurasse, adjumento civium Ultrajectiorum multis incommodis Amisfurtenses afflixerunt, in contumeliam Episcopi: Qui hos omnes astutiâ ad se pellectos Durostadium, atque apprehensos ibidem custodiæ mandavit in arce: ex quo cùm Walravius non multò pòst fractis vinculis effugisset, reliqui meliùs per integrum biennium asservati sunt. Donec tandem per judicium Aurei velleris (cujus membrum Reynaldus erat) causâ cognitâ liberati sunt.

Anno CIↃ. CCCC. LXXVII. *expulerunt Amersfordiani uni-*

cos

cos omnes episcopi, jungentes se Trajectanis. Verba sunt G. Hedæ in Davide episcopo LV. ubi etiam ad marginem legitur: *Cum fortunâ mutantur amici.*

Anno CIↃ. CCCC. LXXXI. exorto rursus bello inter Trajectinos & Amisfurtenses, David episcopus venit circa Amisfurtum, XXI. die Septembris, cum Domino de Ysselsteyn, Domino Guilielmo de Egmondt, Domino Everardo à Welpen, Domino Johanne Cats, & cum multis Gasconiensibus; conatique sunt jumenta è pascuis auferre, quod ut viderant oppidani, è civitate magno proruperunt impetu; Verùm ab Ultrajectinis, in insidiis positis, centum è civibus cæsi sunt, ducenti capti, atque Batavodurum missi. Vide vetus Chronicon Belgicum, ad annum 1481.

Anno CIↃ. CCCC. LXXXIII. Trajectini partes secuti Hamatorum, sive Hoexiorum, Engelbertum Clivium cum magnâ Gelricæ nobilitatis manu ad sui defensionem susceperant, Episcopumque Davidem, in urbe oppressum & captum, Amersfordiam relegaverant, ibique justâ custodiâ sepserant. Maximilianus verò Austriacus, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Comes Hollandiæ, &c. Antistitem affinem tam indignâ captivitate liberaturus, arma paravit, ac copias suas contra Trajectenses sese expedire jussit. Erant in urbe, præter Engelbertum & Gelros sclopetarii aliunde conducti CIↃ. CCCC. Maximilianus autem quinque millia peditum cum equitibus haud paucis adduxit: ac statim propugnaculum, quod erat in portu Trajectino ad Leccam fluvium (*de Vaert* dictum) superavit atque incendit. Tum proferri tormenta, & quati Trajectensium mœnia imperat. Illi verò de rei eventu desperantes ad Maximilianum mittunt Engelbertum Clivensem cum duobus Consulibus, ut de compositione agerent; Tandemque his inter alias legibus sese dedunt: *Hollandiæ Comitem ditionis Trajectinæ Tutorem agnoscerent: Urbem in potestate Maximiliani relinquerent, donec David episco-*

De hac invasione Ultrajecti per Nyvelium, & Amisfurtenses, vide Hedam ad ann. 1483. edit. Ultraject. 1643. & ibidem notas Arn. Buchelii. J. Cti. *Verhoeven.*

pus, qui erat in manu Amisfurtensium, esset liberatus. &c. Quæ acta & transacta sunt pridie Calend. Septemb. circa mediam noctem. Post id Maximilianus urbem cum honorifico comitatu intrat, sequentibus tribus peditum millibus, equitibus octingentis. Trajectensibus porrò hunc in modum subjugatis, vertit arma in proximos Amisfurtenses, anni sequentis undecimo Februarii; ac nocte obscurâ, dum vigiles fossis congelatis custodias negligentiùs obeunt, urbis occupat mœnia. Confertim exacti civitate omnes Hoexii, & quicunque à Clivo & Gelris auxiliares accesserant; Liberatur insuper David episcopus, quem, ut diximus, captivum huc abduxerant Trajectenses. Quam rem paucis attingit Rudolphus Agricola in epistolâ ad fratrem, his verbis: *De Episcopo David, ut captus sit, pridem audivistis scio, Conventus publicus Amersfordiæ est omnium oppidorum diœcesis. Credo David Episcopatu cessurum. Dux Clivensis & Maximilianus itidem Legatos suos ad componendas res suas Buscumducis miserunt. Citò pax erit, quantum video, aut in atrocius quam unquam bellum res erumpet.*

Anno CIↃ. CCCC. LXXXIV. nocte præcedente festum Agnetis Fredericus Dominus de Ysselsteyn, adjuvantibus exulibus, occupat Amersfordiam, machinis & aliis bonis illam spolians, & magno exacto ære pacatus recessit. Reperio etiam in veteri MS. eodem anno exules quosdam ante triennium Amisfurto ejectos, Ultrajecti clàm conspirasse cum militibus Ultrajectinis, de capiendo Amisfurto; cum quibus & cum Domino Johanne de Wassenaer Hamatorum Capitaneo, die Vincentii prope oppidum venerunt, & transgressi congelatas fossas, scalis ad mœnia admotis, urbem invaserunt quadringenti numero, neminem cædentes; sed urbem tormentis bellicis, omni paratâ pecuniâ, aliisque bonis spoliantes. Fugâ elabebantur præcipui civitatis, capto tantùm Domino Gerardo de Voorn, qui cum Reinero Broeckhusio Lugdunum

Ba-

Batavorum ceperat. Vide etiam de hac invasione vetus Chronicon Belgicum, ad annum 1484. sed non dubito quin hæc eadem sit cum duabus præcedentibus. Penes lectorem judicium esto.

De sequentis seculi bellis, dissidiis, inimicitiis, & rursus fœderibus Amisfurtiorum cum Ultrajectinis, & Episcopo Henrico Bavaro, usque ad devolutionem Provinciæ Trajectinæ ad Carolum V. Imperatorem, Ducem Burgundiæ, Brabantiæ, Comitem Hollandiæ, &c. seorsim capite sequenti agemus; Quæ omnia compendio ex L. Hortensio præcipuè mutuabimus.

CAP. XV.

Res gestæ Amisfurtensium sub Henrico Bavaro Episcopo.

ANno CIↃ. IↃ. XXIV. die VII. Martii, obiit in arce Batavodurana D. Philippus Burgundus, Trajectensium Episcopus LVII. Unde ad sequentem diem VI. mensis Maji indictis Comitiis, diu deliberatum fuit, quis utilis, idoneusque successor inveniretur. Post autem varia de competitoribus judicia, cecidêre suffragia in Henricum Bavarum, Philippi Comitis Palatini & Electoris filium, tum temporis Episcopum Spirensem, ˣ virum non minùs virtute ac moribus, quàm sanguine illustrem. Qui absens creatus, & post menses circiter quatuor Ultrajectum ingressus, eo armorum apparatu, quo intrare atque excipi Principes mos est, in Curiam, ubi vetus novusque senatus coactus erat, vênit, ibique post honorificam gratulationem senatui populoque Ultrajectino juravit se patriæ patrem, defensorem ditionis, &c. fore. Hinc in Civicum Templum deductus, armis ibi positis, & veste talari, stolâque indutus, in Tutelaris Divi basilicam sollenni pompâ, at-

ˣ Sic Arn. Buchelius in notis ad ultimum caput Hedæ: Sed Hortensius, Pontanus, aliique scriptores non habent. *Verhoeven.* Quod episcopus Spirensis non memini meminisse. Electus non Postulatus. Et electus dum adhuc Canonicus Coloniensis, ut instrumentum electionis habet satis diserte. *Matthæus.*

atque inde in atrium Ordinum Conventum abductus, more majorum, libertatis & privilegiorum diploma ratum sanctumque esse jussit. Post paululum moræ in ædem D. Martini reducitur, & in sede D. Willebrordi collocatur. Laudibus Deo pro salute Episcopi decantatis, turbâ procerum omnis ordinis prosequente, in palatium Episcopale concessit. Idibus autem Octobris ejusdem anni Amisfurti inauguratur. Oppidum ingressus, statim Curiam conscendit, ubi Reip. jura & libertatem ex more tabulis confirmavit, eaque juravit sancta sese habiturum, defensurumque quoad ejus fieri liceret, aucturum etiam quum daretur. Senatus rursum suam observantiam nullâ juramenti religione spoponderunt. In præsentis rei fidem Episcopus ordine senatoribus datâ dextrâ in hospitium deducitur: Et ut specimen aliquod erga novum Præsulem benevolentiæ daretur, duo visendæ magnitudinis inaurata pocula sub cœnam illi sunt donata. Aliquot deinde diebus hic commoratus Amisfurtensibus pro eorum humanitate gratiis actis, Batavodurum petiit. Capto exinde tempore, Ordines multa cum Episcopo de publico rerum statu, ac præcipuè de bello Transiselano, quod cum Carolo Duce Gelriæ habebant, egerunt, decretaque fuerunt ipsi quinquaginta aureorum Rhenensium millia, ad pacem civitatibus Transiselanis à Geldro redimendam: in quem censum tam ecclesiastici, quam profani nominis omnes venirent, nemine excepto. Quæ prima tumultuum intestinorum caussa fuit, dum se unusquisque à contribuendo immunem existimaret.

Anno CIƆ. IƆ. XXV. mense Februario in civitate Ultrajectinâ tumultuari cœptum est: nobiles enim ex inveterato quodam odio plebem adversus Consules Everardum Soudenbalch, & Godefridum à Voordt concitant; Qui dum falsò repetundarum insimulantur, graviora metuentes spontè in exilium abeunt, omnesque illorum fautores proscribuntur. Postea verò populus animadvertens sese promissâ per nobiles

im-

immunitate frustrari, contra eos conspirationem iniit: Quæ contentio inter utramque partem longo tempore duravit, ac dum Episcopus semel iterumque in Germaniam proficiscitur, in bellum erupit, quæ tandem caussa defectionis a Principe fuit, ut deinde videbimus.

Eodem anno & sequenti CIƆ. IƆ. XXVI. vehementissimè reciprocata fuit serra quæstionis tributariæ, inter Episcopum & Ordines diœceseos Trajectinæ ab unâ parte, & Magistratum Amisfurtensem ab alterâ: Qui conquerebantur *per novam hanc formam colonis suis imperandi pecuniam, sibi vim fieri, jura & libertatem Senatus populique Amisfurtensis violari: non commissuros sese, ut agri juris Amisfurtii vectigales ipsorum aut cujusquam libidini forent*, &c. De quâ re quandoquidem varias legationes, litteras, & orationes invectivas Lamb. Hortensius lib. II. III. & IV. secessionum Ultraject. describit, eo Lectorem remittimus, ne in unico hoc negotio prolixiores esse cogamur, quàm alibi quidem fuimus.

Anno CIƆ. IƆ. XXVII. res Ultrajectensium turbatissimæ in majores contentionum fluctus indies devolvebantur, dum sese undique exerunt proscripti, nec malum levant vel conjuratorum supplicia, vel minæ Præsulis in Amisfurtenses, qui exulibus favere credebantur; resque eò devênit, ut Ultrajectini, exploso Episcopo, Gelrorum Duci Carolo sese permiserint, ejusque præsidiis adversus Præsulem cæterosque defensa fuerit eorum civitas circiter biennium. Interea Episcopus metuens, ne à se quoque abalienaret Amisfurtenses, rationem actorum suorum per litteras ipsis aperuit, ostendens *quàm turpiter ab Ultrajectinis exclusus esset*, &c. *obtestabatur postremò Amisfurtenses, eos sibi amicos haberet, atque e proximo Hooghlandios in oppidum accirent, qui ipsis in omnem eventum auxilio essent.* Sub finem ejusdem anni Episcopus per legationes tentare Amisfurtenses cœpit, priusquam à Gelro vel incauti opprimerentur, vel in ejus partes

sponte concederent. Quapropter per Adrianum Rhedium, & Fredericum Sombresium, ut eos præsidiis firmaret, compellandos censuit. Hi in Senatum admissi, *quum multa de populi Amisfurtensis fide, & propenso Præsulis erga eos animo retulissent, postremum eò deducta est oratio, episcopum nullâ de re perinde esse sollicitum, ac de ipsorum salute; Timere eum ne à Gelro inescati ejus militem reciperent, ideoque petere ipsum ut suorum præsidia admittant, &c.* Sed cum non una esset Senatus Amisfurtensis sententia, huc præcipuè itum, ut suis impensis assumpto præsidio bellum à mœnibus propulsarent. Inde allatæ sunt ad eosdem Gelriæ Ducis Caroli, ut & Ultrajectinorum litteræ, quibus illos ad se & suas in partes omnibus modis trahere conabantur. Hinc Amersfortii, ut imminentia mala, quantum in se esset, declinarent & averterent, eò descenderunt, ut in civitatem admiserint pedites LXXV, à senatu sacramento inauctoratos, quibus tamen Episcopus stipendium suppeditaret.

Anno CIↃ. IↃ. XXVIII, pridie Idus Maji Episcopus Amisfurtum vênit; eique petenti Senatus populusque postridie est datus: *Ubi longâ oratione de iniquitate Gelriæ Ducis in Diœcesin suam habitâ, postremò ostendit, sese ideo compulsum, ut opem Caroli V. Cæsaris imploraret; gratias verò debere se Amisfurtensibus, quod Præsuli suo obedientes in dubiis rebus debitam ei fidem præstitissent, nec commissurum se unquam, utcunque res ac belli cadat alea, ut jura & libertates ipsorum a quoquam violentur, sed operam daturum potiùs, ut rata ipsis atque sarta tecta perpetuo sint, & augeantur.*

Inter hæc cives Ultrajectini, qui episcopo favebant, de expellendo Gelro, & reducendo Præsule consilia inter se agitare cœperunt. Tres fratres in suburbio Ultrajectinorum septentrionali) *de Weerdt*) recipiendo in urbem Episcopo viam struxerunt, assumptis in societatem consilii civium paucis, qui

non

non procul ab eâ portâ habitabant. Ex his aliquot Amisfurtum profecti aviis itineribus, rem primò exulibus, deinde Episcopo communicant. Indicant quàm facile factu id foret in tantâ securitate vigilum, & maximè præsidii, quod isti portæ impositum erat. Dies igitur locusque constitutus, ut Calendis Julii paulò post exortum solis armati convenirent. Tessera data est, signum nolæ ad S. Jacobum, circiter horam sextam; & mulier dextro brachio corbem gestans: portæ illius custodem omnium consiliorum participem & adjutorem fore. Ubi jam agendæ rei tempus advenit, Episcopus pridie Cal. Julii portas Amisfurti sub vesperam repentè claudi, & equitem peditemque in armis esse jubet; quibus se ex civibus voluntarii conjunxerunt ad quadringentos. Inde portâ emissi in mandatis habuerunt equites, ut cunctos in viâ, quæ Ultrajectum ducebat, interciperent. Inde post occasum solis è civitate moverunt sese reliqui, tam cives quàm milites ad sexcentos: qui jam multâ nocte Laurenrechtam suburbium Ultrajectinum ingressi, proximis pomeriis & domibus se occuluerunt. Mane facto, ac portis reseratis, nonnulli ex Albâ (*de Witte-vrouwen-Poort*) exploratum emittuntur: an tuta omnia ab insidiis essent, quidve novarum rerum eâ nocte rustici accepissent; Qui licet per densiorem nebulam hostiles copias animadvertere viderentur; eas ibi populari, ac facilè repelli posse putabant. Interim parte urbis aliâ insidiæ appropinquarunt; quibus occurrit, ut dictum erat, mulier brachio corbem ferens, altumque inclamans, ut procederent gressumque maturarent; vigiles istius portæ (*de Weerdt-Poort*) jam è statione discessisse. Illis igitur urbem ingressis, tumultus exoritur ab iis, qui partis adversæ circa eam habitabant portam; ita ut posterioris agminis Episcopii, metu ne excluderentur, scaphis accepti in urbem inveherentur: jam enim portæ custos fores fluvii discluserat. Hinc ubi clamor captæ urbis totam continuò pervaderet civitatem, occurrunt circa ingressum fori boarii Gelro-

 rum

cum aliquot manipuli; sed ii facilè per viam ollarem (*de Potter-straet*) in pontem S. Jacobi rejecti, hostibus locum dare coacti sunt. At recollecti, & numero aucti penè eripuissent stationem conjuratis, nisi restituta raptim acie redintegrassent prælium, ac forum idem vi occupassent. Eoque Gelrorum nonnulli in Palatium confugerant, ut ibi adversus vim & incursum hostilem se promptiùs communirent. Reliquos omnes, qui nondum eò pervenerant, e publico arcuerunt conjurati. Tum Gelri hostium omnia plena conspicati, neque spei aut opis quidquam in civibus animadvertentes, rei summam in extremo discrimine, & pugnæ unius eventu collocandum judicarunt; & postquam se in tres cuneos divisissent quadringentos hosti per viam prætoriam objecerunt, alium manipulum in tecto prealtæ domus collocarunt, quam vulgo *'t Keyserrijck* vocant, cæteris in Palatio circa tormenta relictis. Amisfurtenses verò quum suos ex pinnis altissimæ illius domus globis sterni viderent, aliquot militibus per posticum in eas ædes immissis, postquam unum alterumve trajecissent, reliquos ad deditionem compulerunt. Hinc tormenta graviora, quæ circa forum boarium stabant, quum explodere ob pluviosum aërem Gelri non possent, retrò se in forum Anserinum coacti recepêre. Ibi denuò Amersfurtii bifariàm dispositâ acie in Gelros irruerunt, pars in pontem Pistorum ad domum Palatinam occupandam versa, cæteri adversâ fronte Gelrorum agmini occurrerunt. Orta hic acris inter hastatos pugna, his pro gloriâ & victoriâ, quam manibus tenere videbantur: illis ut urbis amissæ ignominiam averterent, pugnantibus. Et utrimque diu hoc certamen durasset, nisi equitatus conjuratorum in Gelros quàm fortissimè invectus aciem eorum suo impetu turbasset: ita ut foro Anserino pulsi, quamvis bis terque se munirent, prælioque ad forum piscarium objicere non detrectarent, tandem tamen agmine, quantum poterant, collecto compositoque portam Tollestegensem pe-

tivêre. Gelrorum capti sunt ultrà centum, cæsi circiter quadraginta. Edidit de hoc bello, urbisque invasione breve Syntagma Henricus Bommelius, temporum horum æqualis; in quo plura videre licet, ut & in eo quem dixi Lamb. Hortensio lib. VII. *secessionum Ultrajectinarum*.

Verum ne diutiùs immoremur hisce diœceseos Trajectinæ tumultibus, quos satis prolixè ab aliis traditos commemoravi; tandem ejusdem anni CIↃ. IↃ. XXVIII. XII. Calendas Novembr. translatio dictæ ditionis ad Cæsarem ejusque hæredes facta est ab Ordd. & Episcopo, in summâ urbis æde, præsentibus Florentio de Egmont, Comite Burano, Antonio de Lalain, Hooghstratæ Comite, ac Hollandiæ, Zeelandiæque Gubernatore. Translationis ejus formula & conditiones in publicas relatæ tabulas habentur, memoranturque non tantum Lamberto Hortensio, sed & Ponto Heutero, rerum Burgundicarum scriptori accuratissimo.

y Ultrajectinos secuta sunt confestim cœtera Diœceseos oppida: Et in his Amisfurtenses missis Ultrajectum legatis, quum Privilegiorum confirmationem obtinuissent, in Cæsaris hæredumque ejus potestatem, eâdem formulâ quâ Ultrajectini, concessêrunt: postquam supradictus Comes Hoochstratanus ipsis Non. Novembr. cum modico equitum comitatu eodem profectus, ac Cæsaris nomine inauguratus, à civibus juramentum fidelitatis accepisset; Præsentibus ibidem Domino Assendelfio, senatus Hollandiæ præside, Jodoco Sasbout Consiliario, & Vincentio Cornelii ærarii Præfecto. Henricus autem Bavarus relicto Episcopatu Trajectino postea factus est Episcopus Wormatiensis & Frisingensis.

y Hie addenda epigraphe, quæ in S. Georgii templo in fenestrâ vitreâ à Carolo V. Cæsare donata legitur. *Verhoev.*

CAP.

CAP. XVI.

Amisfurtum à D. D. Ordinibus Belgii fœderati captum.

ANno cIↃ. IↃ. LXIX. Amisfurtum unà cum Ultrajecto à Duce Albano, Philippi II. Regis Hispaniarum nomine Belgicarum provinciarum Gubernatore, ad exigendam decimam omnium mobilium, immobiliumque vigesimam semel pendendam, gravi præsidio mulctatum est: nam cohortes aliquot ex legione Insubrum (quam *Tertio di Lombardia* vocabant) in oppidum missæ sunt, quæ non exiguo incommodo cives affecerunt. De hac autem Albani exactione ita scribit Michaël ab Ysselt Amisfurtensis (de quo suprà cap. IV. diximus) homo ipse Pontificius, in historiâ sui temporis, quam exul Coloniæ edidit, *Quod exactionis consilium si nunquam Albanus in animam induxisset, fortè floreret adhuc Belgium, non jaceret conculcata nunc religio, non plorarent tot viduæ & orphani, non lugerent tot amissis opibus incolæ, non errarent per urbem tot exules, nec ego pisces Transalbinos Coloniæ Agrippinæ comederem.* Alludens scilicet ad verba Milonis, qui à Senatu Romano Massiliam relegatus dixisse fertur: *Si ita, quemadmodum scripsit, pro me dixisset Cicero, non ederet nunc Massiliæ barbatos pisces Milo.*

> Unde illud *Coloniæ Agrippinæ* non scio. Apud Ysselt non extat. Vid. ad Ann. 1569. Quod Pontificius id certum. Certum etiam quod exul. De exilio eum vid. ad Ann. 1579. *Matth.*

Anno cIↃ. IↃ. LXX. die XIV. Julii, Amisfurtum, atque cætera Diœceseos Ultrajectinæ oppida, omnibus immunitatibus, privilegiis, &c. orbata sunt à Duce Albano, qui & iisdem civitatibus ademit jus consessus & suffragii inter Ordines provinciæ; idque per novum ab ipso institutum Concilium, quod Gallicè *le Conseil des troubles*, Belgicè *Den Bloetraedt*, id est, *Consilium sanguinis* appellabatur.

Anno cIↃ. IↃ. LXXII. quum jam Guilielmi Arausionensium Principis, & D. D. Ordinum Hollandiæ, Zeelandiæque vi-

vires increbeſcerent, ab iis, qui ſub Regis Hiſpani obedientiâ eo uſque permanſerant, interdictum fuit Gelris, ne frumentum Amersfortiam venum portent.

Eodem anno CIↃ. IↃ. LXXII. Guilielmus Comes Herenbergenſis, Burchgravius in Buxmeer & Bylant, Dominus in Hedel, Homoet, Haps, Wiſch, &c. Baro Ducatus Gelriæ, Regiæ Majeſtatis vicarius & Præfectus Generalis in Gelriâ & Tranſiſelaniâ, qui auſpiciis D. D. Ordinum Fœderatorum, & affinis ſui Arauſionum Principis, exercitum ducebat, cumque eo ex Germaniâ in Belgium deſcenderat (debellatis jam in Tranſiſelaniâ Campis, Zwollâ, Haſſelto, & Oldenſaliâ; in Comitatu Zutphanienſi metropoli ipſa, Druſiburgo, Grollâ, Lochemo, & Dotecomio; in Velaviâ Hardervico, Hattemâ, & Elburgo) Amisfurto appropinquavit xxv. die Julii, ejuſque milites magnam ex agro Amisfurtenſi prædam collegerunt. Comes autem xxvii. Julii, circa ſecundam noctis horam, arctiſſimâ obſidione urbem cingit, & poſt multas, eaſque validiſſimas oppugnationes, multiſque in locis proſtratos ſolo muros, die xix. Auguſti ſub certis conditionibus urbs ſeſe dedidit. Narrat autem Famianus Strada Jeſuita in Hiſtoriâ ſuâ belli Belgici, hujus expugnationis tempore Amorfortiam, contra [a] fidem jurejurando obſtrictam, à Geuſiis (ut vocat) direptam eſſe. Quod in medium relinquo, & authoris fidei commendo.

Non multò pôſt, xiv. ſcilicet Septembris, Deputati à Principe Auriaco miſſi Amisfurtum venerunt, qui religionem reformatam inducant, Romanam deſtruant. Inde prima concio habita in Minoritarum templo à D. Arnoldo Noveſiano: Secunda in D. Georgii fano; Tertia ad S. Johannem aſſentientibus etiam magnâ ex parte primoribus civitatis.

[b] Circa ejuſdem anni finem, menſe nimirum Novembri, quum dictus Comes Herenbergenſis e Gelriâ, Tranſiſelaniâque, metu Hiſpanorum exceſſiſſet, præſidium, quod relictum erat

[a] Scriptor Chronici Agathenſis direptionis non meminit. Michael ab Iſſelt, ut nimis ſtrenuus Pontificius, dum ait templis vim factam, in majus multum rem auget, dum ad annum hunc ita: *Metu potius virium adverſæ partis quam amore ſeditionis ſe Comiti Montenſi dediderunt, præſtitumque ſtilius acceperunt: hac tamen conditione, quod Catholica religio ſartâ tecta conſervaretur, omniſque iconomachia ceſſaret: quod Præfectus in editiori loco ſtans, publico juramento, invocato S. Spiritus nomine juravit. Sed paulo poſt omnia templa*

pla annis superioribus ab omni icono: Listarum impetu defensa diripiunt, aras evertunt, & sacra profanis miscent.

Vere utrum an falso ex verbis Chronici, quæ ad calcem non difficulter conjicias. *Matthæus.*

b Omnes fermè Historici in eo consentiunt, famâ deditionis urbis Zutfaniæ acceptâ, Campos, Swollam. Amisfurtum, & alias civitates septendecim numero, sese Fr. Toletano dedidisse. *Verhoeven.*

erat Amisfurti, rebellavit, cui præfecti erant Gisbertus à Broeckhuysen, & Andreas Pulman, identidem minitantes sese urbem dedituros Frederico Toletano, Ducis Albani filio, qui tum temporis Ultrajecti agebat, & magnum terrorem lanienâ Zutphaniensi hostibus suis incusserat. Igitur XXI. Novembris die, offerentibus præfectis claves oppidi, cum novo præsidio urbem intrans ea potitus est. Alii scribunt Comitem Maximilianum de Bossu cum præsidio intrasse oppidum.

Quum postea anno CIↃ. IↃ. LXXIX. decimo Calend. Febr. Unionis fœdus Arnhemiæ Gelrorum superioris anni æstate conceptum Ultrajecti ab Ordinibus Provinciarum, quæ Regi Hispaniæ, ejusque Gubernatoribus restiterant, esset initum, eique adstipulari & subscribere recusarent Amisfurtenses, neque minus imperatas collationes & tributa declinarent, factum isthoc non mediocriter suspectum D. D. Ordinibus Ultrajectinis fuit, quasi adversam partem foverent, ac clandestina cum hostibus fœdera pepigissent. Decreverunt igitur eò cohortem ducentorum peditum mittere; quam dum in urbem recipere negant Amisfurtenses, in majus aucta est suspicio. Interdicitur ergo illis omni commerciorum usu in provinciis & urbibus confœderatis; hinc Amstelodamensibus, illinc Gelris obnixè prohibentibus, ne quid rerum venalium in urbem importaretur. Ubi verò compertum est, illud non nisi majoris pertinaciæ caussam esse, ubique in vinculis detenti sunt cives Amisfurtii, fluminisque Amisii ingressus & egressus bellicâ navi fuit impeditus ab Hollandis; Decretum porrò vi illos ad pacem Ultrajectinam, & imperia Ordinum accipienda, cogere. Quo consilio Arnoldus Theodori Leuwius, Consul Ultrajectinus, Antverpiam ad Principem Auriacum profectus est, petiturus ut rei executio Joanni Nassavio Comiti Ducatus Gelriæ & Comitatus Zutphaniensis præfecto, injungeretur. Maluit tamen Princeps tranquilliori forma

ma animos illorum conciliare: Legati quippe Amisfurtiorum itidem Antverpiam profecti plurimas adversus Ultrajectinos querelas ingeminabant: seseque dicto fœderi accessuros spondebant, si modò cives eorum vinculis eximerentur. Consul autem Leuwius negavit se de his aliquid in mandatis habere; addiditque de Amisfurtensibus ex unico hoc pacto certi nihil constituendum esse, sed ad pristinam relapsuros contumaciam, postquam cives suos libertati redditos haberent. Nomine igitur D. D. Ordinum & Principis Auriaci à Comite Joanne Nassavio cum aliquot peditum cohortibus obsessa, & tormentis septem majoribus impetita est Amersfortia, VII. die Martii, ejusdem anni CIƆ. IƆ. LXXIX. Coss. *Gerardo van Schadyck, & Cornelio Reynartz.* Oppidani circiter centum milites (quos tum vulgò Male-contentos vocabant) ære suo conductos in præsidio habebant. Sed quum porta Ultrajectina continuis ictibus ferè solo æquata esset, decimo ejusdem mensis die sese Comiti dedere coacti sunt. Mox abrogato veteri & suspecto magistratui novus est suffectus, reformata religio plenissimè instaurata, imagines templis sublatæ, & præsidia Ordinum urbi imposita fuêre. In cujus rei memoriam hoc olim à me scriptum est Chronostichon.

De unione amplectenda factum tandem decretem XXX. Maji ejusd. ann. Vid. infr. ad Auctor. incert. *Matth.*

AffIXIT soCIIs sese Mea patrIa BeLgIs;
Et sIc ConCordes CöLére In fœdera deXtræ.

CAP. XVII.

Amisfurtum à Cæsareanis ductu Comitis de Monte-cuculi, obsessum.

Jam dimidium ultra seculum omnis tumultus bellici expertes, & inexperti vixerant Amisfurtenses, nec quisquam incolarum prope urbem nostram Martii furoris signa toto isthoc tempore viderat, quum post annos quinquaginta rursus eam

 Bel-

Bellonæ tempestas, seu potiùs ira supremi Numinis, violento impetu concussit. Anno scilicet CIƆ. IƆC. XXIX. quo *urbs antiqua, ac virtutis olim celebratæ, imprudentiâ quorundam aut formidine, calamitati propriæ exposita, ac mox direpta, propè obliterata servitutis mala, prima omnium persensit, cæteris in mentem revocavit*, ut loquitur admirandæ doctrinæ & ingenii vir, hujusque seculi scriptor primarius Daniel Heinsius in nunquam satis laudato opere, quo res ad Sylvam-Ducis, atque alibi in Belgio, aut à Belgis dicto anno CIƆ. IƆC. XXIX. gestas, prosequitur. Priusquam vero infandum hunc laborem renovemus, operæ pretium duxi, Lectori ob oculos ponere epigramma Clarissimi Domini Johannis Isacii Pontani, Regis Daniæ & D. D. Ordinum Gelriæ Historiographi, quo anno CIƆ. IƆC. XXVIII. lusit in leonem marinum prope Amersfortiam captum. Est autem tale:

Monstra solum, dat monstra salum, cœlum quoque monstra
Dat sua: Monstrosum hæc tempus adesse monent.

Idem verò disertus pariter atque eruditus Professor deinceps in notis, quas poëmatis suis subjunxit, hunc in modum loquitur: *Respicimus ad monstrum marinum, quod captum superiori anno* 1628. *extractumque è fluvio Emâ prope Amorfortium, Amstelodami* [a] *propalam spectandum omnibus exhibitum fuit. Post quem continuò annum, proximo deinde, qui fuit* 1629. *invasa est à Cæsareanis, Croatisque, hominibus exoticis ac monstrosis, Velavia nostra, & occupatum insuper, insessumque ab iisdem ipsum Amorfortium; ut haud temere tum scripserimus, quomodo habet deinceps versus idem noster dicto loco, Monstrosum hæc tempus adessê monent.*

[a] Et ego Lugduni Batavorum vidi. Habebatque longitudinem duodecim pedum. *Verbeeven.*

Anno igitur CIƆ. IƆC. XXIX. dum celeberrima obsidione, auspiciis D. D. Ordinum, ab illustrissimo Arausionensium Principe, supremo fœderati Belgii terra marique Imperatore, clauderetur Sylva-Ducis, quam vinci nemo posse crediderat, Henricus Comes Herenbergensis, exercitus Hispanici

ductor

ductor strenuissimus urbis ejus liberandæ spe destitutus, arma sua in viscera patriæ nostræ convertere decrevit; quod ipsius propositum Principi nostro innotuit ex interceptis ejusdem litteris, quas XVI. Julii ad Præfectum obsessæ urbis Grobbendonckium ex castris suis, quæ Boxtelæ habebat, hunc fere in sensum scripserat: *Jam expertus castra hostium, præter solitum munita, penetrari meo milite non posse, aliud agendum statui; Adventantibus scilicet Cæsareanorum copiis, quæ validâ manu Vesaliam contendunt, vires & consilia jungens, aliquid tentabo, quo ad pugnam adigatur hostis; Quam si Deus nobis prosperet, liberatio vestra sequetur; eâ solummodò lege, si obsidium tantisper sustineri possit. Has ubi acceperis, flammam proximâ nocte è D. Joannis turri jubebis agitari; Subsequenti die ex eâdem fumo signum dabis: Id argumento erit, perlatas esse litteras. Idem nocte proximâ ac die, postquam missus erit, qui responsum ferat, repetes. Interim manebo tibi addictissimus H. C. Bergensis.*

Postquam igitur hostis, ad omnia incertus, nunc hoc, nunc illud animo volvisset, tandem XXIII. die Julii Lucas Cairus Lingæ Gubernator, & Matthias Dulkius, qui antehac Grollæ Præfectum egerat, ducente portitoris Westervordani filio, locum Iselæ, neglectum nostris, scaphis trajecerunt. Nongenti omnino erant milites, sclopis usitato longioribus armati; quos cum toto mox agmine insecutus est Bergensis, & ponte, è navibus constructo, cumque suis superato flumine, in pago *Dieren* castra posuit. Ubi, quod ex transfugis, vel interceptis litteris patuit, magnitudinem successus animo metiebatur, ac commendabat suis: *Tres nimirum exercitus esse alendos; Daventriam, Doesburgum, & Zutphaniam esse obsidendas; ne Ultrajecto quidem abstinendum. Alium in Frisiâ ubi de Groningâ vel Emdâ cogitandum. Tertium, quo Sylvæ-Ducis subveniretur. Advenisse jam belli finem, cui magno animo instandum. Panis tantum copia submitteretur;*

quo in urbibus & in castris opus: Solo hoc, & aquâ, quam natura cunctis propinabat, vitam tolerari posse. Quicquid hostis possideret, ex occasione ac successu invadendum. Alii, qui arcana militiæ penetrare videbantur, oppida Australi freto adsita tentanda esse judicabant: Hardervicum, vel Amersfortiam invadi oportere. Amstelodamum hoc pacto premi posse, & terrorem per omnia spargi. Multa pro se fore: inprimis Amisium, qui Amisfurto in sinum Australem labitur: quo Dunkercâ usque opem sociorum atque subsidia posse admitti, statimque Hollandiam & universam patere Frisiam. Aliaque hujusmodi, quæ nobis omissa brevitatis cura excusabit.

Arausionum Princeps, nuntio trajecti fluminis accepto, Nobilissimum D. Adrianum Ploos, Dominum in Tienhoven, Oudegeyn, &c. è castris Sylvæ-Ducensibus ad Ordines diœceseos Trajectinæ misit, ut, quid supremus belli moderator facto opus duceret, cum iisdem proceribus communicaret. Die XXVII. Julii idem Princeps ejusdem Provinciæ Ordinibus scripsit, *Sese in mandatis dedisse Tribuno Weerdenburgio, ut cum mille, vel mille ducentis militibus suis, in Indiam Occidentalem destinatis, sese Ultrajectum reciperet; petere igitur ut admittantur urbi defendendæ, & commodis excipiantur hospitiis; Simul Amisfurti curam gererent, quod numeroso satis milite, & necessariis bello rebus, instruerent. Mitterent insuper, qui viderent num per cataractam (vulgo dictam de Grebbe) tantum aquæ ex Rheno posset elici, qua transitus hostium è Velavia in Diœcesin Trajectinam impediri queat.* Mox Illustris Dominus de Brederode Ultrajectum, curandæ urbi & provinciæ, missus est. Miles Societatis Indiæ ad Occidentem, quem venti hactenus detinebant, ibidem in præsidio collocatus fuit, quibus aliquot cohortes Danicæ accesserunt, quæ post pacem Regi initam militiâ solutæ temere oberrabant: ut & nonnullæ ex tribus legionibus, quas Theodorus Valc-

Valckenburgius, castris Suecicis Præfectus in Regis sui usum in Frisiâ conscripserat. Ordines quoque, ut litteris Illustrissimi Principis satisfacerent, ad inspiciendum cataractæ Grebbensis situm miserunt Nobiliss. D. Gothardum de Rede, Dominum in Amerongen, &c. Qui inde per litteras D. D. Ordinibus significavit, *sese quidem subitarium quoddam opus ibidem erexisse, sed et defendendo sibi milites & reliqua deesse; Hostem porrò in procinctu esse, ac proinde vicinas civitates admonendas: Jumenta & fruges agrestium quisque in urbes comportaret; Quæ transferri subito non possent, flammis corrumperentur; Omni rerum copia atque usu prohibendum hostem, &c.*

Quæ dum geruntur, Ernestus Comes de Montecuculi, Cæsatis Ferdinandi præfectus, peditum ad decem millia, cum tribus equitum, in Velaviam adduxerat: qui antiquâ & illustri domo apud Italos oriundus, acer animi, ac magna appetens, nova atque insolita spirabat. Hæc igitur effrenis & verè barbarica Cæsareorum manus, vaga passim ac diffusa, prædam ubique per Velaviam trahebat & rapiebat: spes ac vota anni, quicquid operâ & sudore partum, polluebat ac vastabat: post præsidia vivendi, vitam multis aut pudorem extorquebat. Ante ceteros Croatæ (qui nonnullorum opinione [a] veteres Liburni sunt) gens ab humano cultu aliena, latrociniis ac spoliis sese omnibus Velaviæ incolis abominandos & execrabiles reddebant. Montecuculanus itaque, per semet impiger, suorum insuper ferociâ ac egestate (dum injectis ignibus pleraque absumunt) impulsus; locis proximè vicinis imminebat; ante omnia oppidum Amisfurtense, non ingenio naturæ, non humanâ arte firmum satis aut munitum, necessariis præterea bello rebus destitutum, famelicâ & truculentâ suorum militum manu aggredi, opportunum videbatur. Quodque eò ingens frumenti, & aliarum rerum quæ ad victum necessariæ sunt, copia per incolas Velaviæ, esset advecta, quibus exercitus su-

[a] Croatia pars Pannoniæ inter Dravum & Danubium, olim Valeria, à Valeria Diocletiani filia, ut B. Rhenan. *rer. German. lib.* 1. Matth.

sustentari posset. Urbem signa admodum sex peditum, cum turmà equitum, tenebant, paucos ante dies publicâ authoritate missa: inter quos Suecorum bina, quibus à colore atræ vestis *Swart-rocken* nomen erat. Militem Tertullianus Dorpius regebat, sed ausim dicere ne decimâ quidem parte comparandus cum strenuissimo viro D. Eduardo Veer, qui antehac urbi præfectus, nunc in castris ad Sylvam ducis agebat, ubi & gloriosâ morte diem obiit. Magistratu politico fungebantur hi:

Prætor,
Walravius ab Arckel.
Consules,
Guilielmus ab Hardevelt.
Guilielmus à Dam, *J. C.*
Scabini,
Petrus de Goyer, *Exconsul.*
Stephanus à Colenbergh, *Exconsul.*
Henricus à Renseler.
Joannes à Wynbergen.
Henricus ab Hattem.
Arnoldus à Deuverden,
Adrianus à Westbrenen, *Exconsul.*
Godefridus à Sneul.
Guilielmus à Schaeck.
Joannes Carremans.
Joannes Sail uytten Eng.
Henricus Everardi.

Senatores,
Ægidius de Ridder à Lunenburgh.
Henricus ab Estvelt.
Theodorus Camp.
Hermannus à *Renseler M.D.*
Matthias à Langelaer.
Everardus à Butselaer.
Otto de Bladel.
Guilielmus à Deuverden.
Godefridus ab Isendoorn.
Jacobus Petri ab Hoorn.
Ernestus à Diest.
Henricus à Bronckhorst.
Secretarius,
Joannes Hamel, *J. C.*
Quæstor,
Richardus à Diest.
Pupillorum Præfecti,
Henricus Sael uytten Engh.
Henricus a Colenberch.
Johannes Mom.

Jam ante adventum Montecucullani, & simul atque hostis Isselam trajecerat, non mediocris trepidatio tenebat magistra-

ſtratus, haud ignaros, quàm multa ſibi deeſſent, neque ſemel de præſidio, munitionibus, & commeatu conqueſtos. Vix tranſmiſſo ab Hiſpanis flumine, protinus Ultrajectum miſerant viros Conſulares Petrum de Goyer, & Adrianum à Weſtrenen, qui Delegatos Ordinum opem poſtularent, perturbationem civium exponerent, tormenta, apparatus bellicos, ac cætera neceſſaria, deeſſe nuntiarent: duodecim inſuper vel tredecim cohortes præſidio ſibi mitti peterent. Quin & de viciná arce Amiſianâ duabus ſaltem cohortibus muniendâ actum: non parum quippe intereſſe, ut oſtium illud fluminis ſartum tectum conſervaretur. Verum hi nihil, præter litteras ad Principem Arauſionenſium, de mittendo milite, impetrare potuerunt. Legati mox ſunt in caſtra ad Sylvam-ducis idem Gojerus cum Gulielmo van Dam Conſule, qui eventu ſimili, nec ſpe majori, denuo Trajectum redierunt, quod Principi tum temporis non tantum ſuo, ſed & alieno milite, opus eſſet. Solus deinde etiam Conſul Dammius in Collegio D.D. Ordinum Trajectenſium eadem nomine Senatus Amerfortiani poſtulavit, neque obtinuit; donec lentis tandem conſiliis protractâ re oppidum à Cæſareanis clauderetur.

CAP. XVIII.

Quid durante obſidione utrinque actum ſit.

Comes Montecucullanus III. Auguſti die, ſtylo veteri, urbi Amisfurto appropinquavit. Luce primâ, circa patibulum, in monte ſitum, exercitus pars comparuit, quæ ſeſe uſque ad Conventum Birkanum extendebat. Hinc unâ vel alterâ velitatione noſtri & hoſtium equites inter ſe experti ſunt. Deinde pedites hoſtiles ſubſecuti, atque urbs undique propemodum obſeſſa eſt. Comes hoſpitium ſibi elegit in Rambroeck, ad montem album, in prædio amœniſſimo celeberri-

mi pictoris atque architecti Jacobi van Campen; eodemque mox die oppidum in deditionem poposcit per tubicinem, qui re tum irritâ ad suos in castra reversus est. Tormenta igitur aliquot mœnibus intendi jubet, ex quibus pilas duodecim, & amplius, imò & viginti quatuor librarum in urbem explosêrunt, cum quibus paria fecerunt oppidani. Post meridiem missus est alter tubicen, qui deditionem postularet: monens; si actutum se atque sua Regi Hispaniarum dederent, ex æquo ac benignè cum illis actum iri; nisi parerent, vim & ultima adesse. Quod & litteris à Comite Bergensi exhibitis testatum fuit, quæ summam præ se ferentes humanitatem, verborumque ambitu diffusiores, cætera hunc ferè in modum scripta erant, *Ex quo visum Regiæ majestati, ut duorum exercituum, & sui, & alterius (quem duce Montecucullano Cæsar è Germania miserat) regimen ac moderamen penes se, ut summum belli administrum esset, ea lege, ut hosti noceretur; operam dedisse semper, ut imperio obsequium præstaret: Quam in rem penetrata ab utroque exercitu Velavia, cum eorum altero Comitem de Montecuculi à se missum esse, bona cum spe, fore ut urbem, populumque in deditionem Regi suo darent. Id si impetraret, visum, omni lenitate ac benignitate erga deditos uti; Sin extrema mallent, se vereri, ne ad summum belli jus ageretur Præfectus: a quo, Belgam se, ingenito in patriam atque incolas amore, haud parum abhorrere. Id nescire eos nolle se, quo mature ac prudenter, quid in suam, suorumque rem esset, secum agitarent.* Responsum est ad hasce litteras, rem esse gravioris momenti, neque de eâ quid statui posse, nisi integer magistratus cogeretur, & consuleretur; quod non nisi postridie factum fuit, quum tertium deditio indicta esset. Nocte proximâ virtute, quantâ potuit, à civibus certatum est, magnâ cum pulveris jacturâ, cujus egestate inprimis premebantur. Insequenti luce, quum rursus deditio posceretur, singuli magistratus, ac sedecimviri, pro more, ut Gudiani vocati sunt;

sunt; coram quibus de periculo actum est: Urbem scilicet eâ parte jam teneri, quâ potissimum ex usu hostis, & suorum damno esset; Hostem maximè debilibus oppidi locis appropinquare, maximè ad portam Coppellanam, ubi muris per ruinam aut incuriam dejectis, tantâ Cæsareanorum frequentiâ, & suorum imbecillitate, extrema quæque metuenda forent. Advocatus est etiam Præfectus militum Dorpius, qui à senatu consultus, quoad tolerari posse obsidionem crederet, *vix horas duodenas*, respondit; addito insuper, *Ne eam quidem noctem, tanto in discrimine, præstari à se posse, nec authore se tutam ac securam oppido fore.* Sic transactio pluribus probata est, & reliquis rerum militarium præfectis convocatis, serio testati sunt magistratus, *Monitos se, cum ab iis, quibus facti ratio reddenda esset, tum ab aliis authoritatis summæ, ut urbem à subita impressione hostili tuerentur; si obsidio urgeret, de transactione in commodum urbis cogitari posse, quod neque Principi Auriaco ignarum, qui non aliter sentiret. Quare in medium jam esse consulendum: ideo à se vocatos. Vi atque armis inter pares decertari; quibus tolerandis, opem ac præsidium à munimentis peti solere, quæ hic nulla. Ad obsidionis ultima deventum esse. Admoneri, ut de se, suisque cogitarent, & ne inopinata strage involverentur, à pactorum æquitate, quæ offerret hostis, magis quam à militum fiducia petendum. Magnos magis spiritus quam utiles momento argui, nec ad salutem miseris regressum dari. Tertio jam ad deditionem se posci; de qua insuper à Duce exercitus hostilis scriptum. Ea, quorum usus ad arcendum hostem foret, ad diem vix suffectura.* Militum Præfecti scripto, quæ audiissent, exhiberi petunt; quo accepto, in deditionem consenserunt, turbantibus frustrà militibus, ac vociferantibus, *Satis sibi adhuc animi esse; Ad quidvis potius paratos, quam inermes instar pecudum vesano hosti & inordinato tradi velle: proditos se ac circumventos* quiritabant, neque judicia, neque linguas moderabantur.

CAP. XIX.

Amisfurtum Comiti Montecucullano deditum.

Interim in urbe stationum ac vigiliarum cura negligebatur, aut iis, quibus debebat, minus cordi erat. Quo liberius cum hoste agi poterat, neque multo post tubicen ad Montecucullanum de obsidibus, magno tamen civium quorundam motu, intercedentibus aliis, dimissus est: Qui ut rediit, mox Consul Dammius & Thomas Chieze, equestris turmæ ductor, ad transactionem delegati sunt. Pactionis leges, cum consule initæ, hæ erant:

I. *Unumquemque, qua profanum, qua in urbe sacris operatum, publici divini ac religionis caussa, extra noxam fore.*

II. *Præter abeundi aut manendi libertatem, singulis semestre spatium cogitando, seu deliberando dari.*

III. *Quibus urbe excedere visum fuerit, distrahendi, quicquid extra ditionem oppidi, aut intra, unicuique liberam potestatem, itum reditumque ad urbem ac vicina, solis aut cum suis, iis etiam qui hostiles colerent partes, concedi.*

IV. *Quam ad rem, Præfecto urbis nomen, biduo aut triduo antequam admittantur, exhibendum; quo jus accedendi, ne responsum quidem expectantibus, permitti.*

V. *Ne quem antè in functione publica gestorum accusari fas esset.*

VI. *Publico divino, hactenus recepto, templum ac professionem liberam permitti; neque id fraudi vel calumniæ professis haberetur.*

VII. *Contractus à vetere magistratu initi, ut ante, rati essent.*

VIII. *Singulis cujusque ordinis, quotcunque in urbem se aut sua contulissent, eadem-que cæteris offerri; ne præfectus*

quidem rei militaris, eorumque liberis & uxoribus, exceptis.

IX. *Ad præsidium urbis mille non amplius, nec nisi disciplinæ gnaros, memoresque, admissum iri: quos, ne sumptui molestiæque civibus essent, propriis stipendiis acturas.*

X. *Naves jam paratas usui civium ac transvehendis utensilibus cessuras; a quibus etiam alias transmitti posse, prout unicuique visum.*

XI. *Currus, comportandis ad vicinas urbes quibus opus fuerit, Comitis jussu ac commeatu, præsto fore.*

XII. *Eadem die claves portæ Montecucullano exhibendas; ea lege, ut ante vesperam sequentis diei nullus in urbem admittatur miles.*

XIII. *Privilegia ac consuetudines immotæ atque inviolatæ haberentur.*

XIV. *Rationes publicæ, & tabulæ, quibus jura, consuetudinesque, aut vectigalia ac reditus publici continerentur, penes eosdem essent. Repræsentatas tamen exemplaribus tradendas iis, quos majestas Regia præfectos vellet.*

XV. *Quorum singula Præfecto Regii exercitus Comiti Bergensi ut probentur, Montecucullano curæ fore.*

XVI. *Agrestibus ditionis Amisfurtensis, aut qui vicinis in locis habitarent, fide publica prospectum iri; opes, cæteraque; ut bona fide possiderent, extra noxam fore: ea lege, ut se suaque Regi ad obsequium permitterent.*

His ita pactis, Consul Dammius in oppidum reversus Curiam ascendit, ubi cum Collegis suis deditionis capita exhibuisset, minimè iis placuit articulus XII. quo eâdem die Montecucullano claves portæ promittebantur; Dicebantque *indignum facimus, ac cum omnium periculo conjunctum esse, agmen turbidum, ac disciplinæ ignarum, vespera aut nocte oppido recipi.* Ita denuo ad hostem cum mandatis missus est Consul, *Nunquam id Senatui probatum iri.* Vix egresso, Joannes Carremans Scabinus urbis, ac civium Tribunus, delegatus

 est,

est, qui penè eadem non paulo acrius perferret; Sed nihil aliud impetrare potuerunt, nisi militem non urbe, sed portâ admittendum esse. Interim milites Carremannum oppidum repetentem secuti (& jam multum vesperæ processerat) portâ, & urbe, priusquam convenerat, recepti sunt, circiter CIↃ. IↃ. numero, maximam partem ex legione Comitis Joannis Nassavii, & ex ea quæ Ducem Holsatiæ præfectum habebat. Die v. Augusti, miles Ordinum, ut jussus erat, urbe excessit, atque Ultrajectum petiit; multique simul cives patriam reliquerunt, parum confidentes pactis cum hoste initis. Nec immerito illos incesserat hæc suspicio: Montecucullanus enim pactorum immemor, & imperii insolens inter deditos agebat. Cujus rei primum fuit indicium exactio & cura tributorum; quorum rationes præfractè, ut à victis, postulabantur. Simul imperatum est, ut ad duodena millia panum singulis diebus exhiberentur, cum vix tria operæ præstare possent. Reliquum ferè frumentum in castra Hispanorum, quæ ad Isselam, avectum fuit, ita ut miserrimis civibus vix quicquam fami sedandæ suppeteret.

Die VI. Augusti Comes Montecucullanus vetere magistratu abrogato, novum renuntiavit: simulque in omnibus templis missa celebrata est, tum à pastoribus, quos secum adduxerant hostes, tum ab aliis, qui Amisfurti jamdudum habitaverant. Novum autem Senatum constituebant hi, quorum nomina sequuntur:

Prætor.
Henricus ab Eck, Dominus in Werckendam.
Consules,
Adrianus à Zuylen à Nyevelt.
Petrus à Schadyck, J.C.
Scabini,
Jacobus van Dam.
Jacobus à Westbrenen.
Theodorus à Lommetsum, Eques.
Henricus à Zevender.
Cornelius à Lienlaer.
Jodocus à Vanevelt, Art. Magister.
Jacobus à Dolre.
Gerardus Arnoldi. Se-

Senatores,

Paulus Henrici.
Theodorus à Westbrenen.
Cornelius à Zyl.
Timannus Henrici Roos.
Johannes Carremans.
Guilielmus à Lienlaer.
Guilielmus Moy.
Stephanus Boode.
Gualterus Buys
Elias Verhaer.
Clemens Gerardi.
Everardus Simonis fil. à Velsen.

Secretarius,

Ludovicus à Mulenburgh, I. C.

Quæstor,

Petrus Bor.
Jacobus Hooft, J.C.
Theodorus à Rynesteyn.
Franciscus Jacobi.
Nicasius Bor.

Ædiles templi S. Georgii.

Otto Gesselius.
Nicolaus à Velsen.
Henricus à Dolre.

Ædiles templi D. Virginis.

Gerardus Arnoldi.
Thomas Jacobi.
Arnoldus Godefridi.

Rerum publicarum præfecti.

Henricus Sael. uytten Engh.
Joannes à Dashorst.
Theodorus à Deuverden.

Vigiliarum præfecti.

Joannes à Dolre.
Guilielmus Schade.

Eodem die Comes oppido egressus cum magnâ manu equitum & peditum, arcem Amisianam, propè positam, facile, & quasi cum inermibus pugnans, expugnavit. Exinde ubique per agros prædabantur Cæsareani, unumquemque agrestium spoliantes & cædentes, ita ut magis latrocinii, quàm belli forma esset. Rura, villæ, vici, ignibus terrebantur, aut absumebantur: inter quos tum Soesta, & Hilfersum, quanquam asseclis Romani cultus habitata. Rustici, corruptâ segete, & ablatis opibus, in vincula deducebantur; ubi quidam per ludibrium, aut ultimam sævitiem quatriduana fame ac inediâ torquebantur. Pro quibus cum intercessisset Guilielmus Bloem

Theo-

Theologiæ Licentiatus, Amisfurto oriundus, & jam ibidem ad D. Georgium Parochus, responsum à Comite tulit, *Ut curam missalis sui gereret*. Cui Pastor, *Et unum & alterum esse sui muneris; intercessionem pro miseris & captivis esse opus charitatis*. Sed nihil impetrare potuit.

Nec in civitate interim minus indigna gerebantur. Miles in hospitia cum gravi urbanorum onere divisus. Multis, quibus copiæ familiares ex se tenues aut nullæ, quinque aut sex indicebantur: qui privatim graves, præter alimenta, vinum, & cupedias, subinde etiam æs egenis extorquebant; medio diei plerumque luxu atque saginâ graves, & mero turbidi, eoque per majores injurias hospitibus infesti. Inter quæ, rogatus de mandato ac authoritate, quâ hæc contra pactorum fidem gererentur, Propræfectus manu capulo admotâ, *Esse in foro sibi, esse ad portas*, dixit. Ferox animi ac dicti Gubernator jus in armis esse innuebat, & re ipsâ confirmabat: rustici enim mœnibus recepti opprimebantur & infestabantur; urbe excedentibus pecuniarum vis ac sui pretium, neglecto fœdere ac conditionibus, exactum fuit, atque ita vix dimissi. Reliqui exuere arma, atque in Curiam conferre jussi sunt. Montecucullanus interim ac Bergius, ad quem ut summum exercitus Imperatorem, ac Belgarum rebus æquum, in hac calamitate provocatum fuit, pacti ac promissionum rei, aliis prævertebantur, nec flagitiis aut fraudi intercessum est. Et facilius absentiæ id datum; quæ, authoritate illæsâ apud suos, hostis quoque invidiam declinat.

CAP. XX.

Amisfurtum à militibus Cæsareis direptum, atque relictum.

Quid infelicissima civitas paucis hisce diebus, quibus hostem ferre coacta est, perpessa fuerit, nemo facilè exprimat. Sed in mediâ hac malorum & ærumnarum Iliade, affulsit

Bel-

Belgarum terris victoria, quâ nulla alias magis opportuna, quæque subitâ serenitate inductam patriæ caliginem discussit; Amisfurtum Cæsareanis præsidiis, Velaviam numerosis exercitibus liberavit; hostium verò res adeò in arctum coëgit, ut armamentario simul suo, & frumentaria sede exuti, nihil sibi reliquum esse crederent, præter dedecorem fugam, aut minimè ambitiosam famem. De expugnata loquor Vesalia, illa armorum, opum, prædæ, ex remotissima etiam Germania convectæ, penu, atque horreo; quam salutari stratagemate IX. Augusti, stylo veteri, à nostris captam, Deus tot miseris mortalibus in solatium dedit. Una peractum vidit hora, quod multorum mensium labor sperare nequivisset. Qui prius cœli ruinam quam arma nostrorum metuebant, nunc fiducia sua nihil nocentius habuêre. Quique profunda & ipsis insita cupidine urbes, agros, opesque nostras hauserant, nunc si solam obtinere salutem liceret, omnem sibi felicitatem supergressi videbantur. Stupebant omnium incolarum animi ad inopinum rei successum, & gaudio velut sui obliti erant. Quod & mihi contingere video, dum insignis hujus victoriæ contemplatio me quasi in altum provexit, & extra propositos limites vagari fecit.

Hostis igitur, qui Amisfurti & circumcirca considebat, rumore de Vesalia X. Augusti die accepto, non parum trepidabat, & sui anxius erat. Postridie omnis exercitus Comitis Montecucullani, exceptis præsidiariis, pontem suum ad Iselam repetiit; Illi vero usque ad XIV. diem Augusti in urbe substiterunt, quam diu exercitam & pro lubitu divexatam, nunc insuper ex parte spoliatam eodem die reliquerunt. Quam miseræ urbis calamitatem melius silentió, quam calamo exprimerem, nisi interesset cuncta ex veritate, & uti contigerunt, referre. Præivere ad facinus tres Croatarum turmæ, cætero præsidio haud multo ante junctæ, aliis mox sequentibus. Dubii initio, nec minus sponte sua ad

flagitium parati; quisque hospitibus vim intulere. Domus ægris, quos ipsi adduxerant, curandis destinatæ, primò omnium direptæ; statim & pleraque ea urbis parte cui *de Camp* nomen. Ibi vero, tanquam rabie contacti, obvia quæque & recondita rapientes, non minus tamen properabant. Fugiebant ipsi, & spoliis inhærebant; singulis quod proximum auferentes & extorquentes. Fœminis, virisque tegumenta corporum detracta sunt; neque paucis verbera & manus intentatæ. Multis citra necem: unum ex agrestibus, cui diu per agros oberranti urbs receptui fuerat, ad mortem vulneratum, & non multo post exstinctum, manuscripti ab incola quodam commentarii referunt. Indignitatem sceleris summopere augebat illud, quod non in captos, aut vi expugnatos, sed in receptos fide publica, ac per conditiones pactorum traditos, perpetratum fuerit. Imminutam ulli in urbe pudicitiam, nec comperio, nec facilè credo: avaritiam ac festinationem, raptui & libidini intercessisse, haud dubitandum est. Propræfectus paulo antè, ne urbs tota prædæ atque incendio exponeretur, ære publico redemptus, cum se medium prædantibus Croatis intulisset, cum equo ad terram prolapsus crus perfregit. Hoc casu vis intendebatur, cuncta planctibus atque ululatibus miscebantur; donec tandem portis excesserunt. Hic finis trepidationis ac terrendi civibus pariter atque hosti fuit. Qui tamen non impunè eum in modum grassari licuit: non pauci enim ab incolis hic illic trucidati, vel ad necem sauciati sunt; dum quisque civis sua pro virili conservare studet, hostisque simul & fugit & spoliat.

Petrus Borrius qui præter aliquot voluminum historiam Belgicam, urbem Sylvæ ducensium, ejusque nobilissimam obsidionem, aliasque res anno CIↃ. IↃC. XXIX. gestas linguâ vernaculâ descripsit, hanc damni rationem & calculum adducit: *Ex præda scilicet avectum esse pretium circiter 70000. florenorum; Ducibus & Præfectis rerum militarium ex*

coa-

coacta donatione 7385. *flor. militibus, præter quotidianum victum, & alia quæque, impensa fuere* 3562. *florenorum.*

Militibus circa horam septimam vespertinam ex urbe egredientibus, duo à magistratibus delegati ad portam Campensem claves urbis receperunt, & in Curiam retulerunt. Duces hostium, à quibus claves recipiebantur, dixisse, *Fideliter urbem Regi Hispano servarent, sese tempore necessitatis illi suppetias venturos*, à nonnullis traditur.

Lubet hic corollarii vice addere bina tum temporis scripta in hanc Amisfurtensium direptionem & reliquas calamitates epigrammata; unum à Clarissimo D. Theodoro Schuttio Med. Doctore & Gymnasiarchâ, alterum à me octodecim nondum annorum adolescente.

Crinem scissa Ceres vastatis errat in agris,
Ruraque Barbaricis plorat arasse viris.
Pan etiam moesta stridet sua damna cicuta,
Fletque Pales, hostis quas laceravit, oves.
Et nostri spoliata dolent sua tecta Penates,
Et viduata suis mœnia deliciis.
Scilicet instabili pereant cum cætera sorte,
Divitis ingenii stant bene semper opes.

Theod. Schuttius M. D.

In Vesaliam à nostris stratagemate captam, & Cæsareorum ex urbe Amisfurtensi fugam.

Amisfurti in cives quum desæviret Erinnys,
Et prædis prædas accumularet Iber;
Afflictos miserata Dei clementia, tecto
Vesaliæ nobis mœnia Marte dedit.
Audiit hoc Cuculus, Quærat sibi quisque salutem,
Exclamat, tutis dum licet esse fuga.
Egregiam verò laudem & spolia ampla tulisti:
Magna tibi; Auriaco maxima præda fuit.

Theod. Verhoeven.

CAP. XXI.

Amisfurtum D. D. Ordinibus restitutum, & quæ deinceps gesta sunt.

Egressis ex urbe Cæsareanorum militum (sub auspiciis Regis Hispani militantium) præsidiis, vetus & à Montecucullano electus magistratus in Curiam convenit, ut quid in rem foret simul consulerent: decretumque fuit, ut sese rursus D. D. Ordinibus submitterent. Mox utriusque senatus voluntate & jussu litteræ ad D. D. Provinciæ Ultrajectinæ Proceres missæ sunt, quibus significabant, *milites Cæsareanos, qui Regis Hispani nomine oppidum invaserant, eo die, nullo præsidio relicto, urbem deseruisse: civesque armis suis orbatos impares esse novo hostium insultui: proinde Senatum, populumque Amisfurtensem amice & submisse petere à D. D. Ordinibus, ut necessario milite urbem munire dignarentur, qui una cum relictis civibus novas invasiones avertere queat; quandoquidem adhuc aliquæ Cæsareanorum copiæ in pago Luntera, & vicinis locis castra haberent.*

Postridie octo cohortes ex legionibus Suecicis, quibus à nigræ vestis colore nomen erat, urbem ingressæ, civibusque arma restituta sunt, præter ea, quæ hostis una cum tribus tormentis æneis avexerat: qui & spolium fecerat ex plumbo, cujus non exigua vis, tegendis templis & Curiæ destinata, in urbe fuerat.

Eodem die circa prandium & veteres & novi pariter magistratus in Curiam convenire jussi, quorum aliquot ibidem usque in vesperam detenti, Ultrajectum rhedis devecti sunt, ubi illis coram Concilio Status fœderati Belgii (quod eo sese propter Velaviæ invasionem receperat) dies dicta fuit. In civitatis curia (vulgo Hasenbergh dicta) custodiæ mandati sunt, diu-

que

que in ea manserunt, priusquam ad examen, accusationem audiendam, & defensionem sui admittterentur. Aliquot ante dies uterque Consul Guilielmus Dammius J. C. una cum viro Consulari & Scabino Petro de Goyer, Amisfurto egressi Amstelodamum petierant, quam urbem intrare, ob turbulentum vulgus, inconsultum duxere, ideoque Ultrajectum profecti in consueto sibi & Collegis hospitio (cui Portula pro insigni est) diverterunt: unde à præfecto Fisci, jussu Senatorum status, ad eandem custodiam, ubi reliqui servabantur, perducti sunt.

Illustrissimus atque Excellentissimus Arausionensium Princeps die xxx. Augusti novum magistratum Reip. Amisfurtensi dedit, cui defungendo designati sunt.

Consules,
Joannes Sael uytten Eng.
Richardus à Diest.
Scabini,
Stephanus à Cotenbergh.
Godefridus à Sneul.
Henricus à Renselaer.
Guilielmus à Schaeck.
Arnoldus à Deuverden.
Ægidius de Ridder.
Otto de Bladel.
Johannes à Dael.
Johannes Mom.
Godefridus ab Isendoorn.
Mathias à Langelaer.
Johannes de Ridder.

Senatores,
Guilielmus à Deuverden.
Henricus ab Hattem.
Henricus Petri F. Both.
Justus Byl.
Gerardus Thins.
Richardus Arnoldi.
Gerardus Henrici.
Cornelius Cornelii.
Everardus à Butselaer.
Quæstor,
Henricus Both senior.
Pupillorum præfecti,
Henricus Sael uytten Engh.
Rutgerus Everardi Dibbetz.
Henricus à Colenbergh.

Actum in castris, stationibusque ad Sylvam ducis, xxx. Augusti, Anno cIↃ. IↃC. XXIX. Subsign,

Fred. Henricus Nassavius.

Consiliarii Status sociarum Belgii Provinciarum, in urbe

Ultrajectinâ congregati, tam politicis quam militaribus viris, quos ibidem captivos habebant, publici deserti vel omissi crimen indixerunt; Et die v. Octobris, stylo Gregoriano, latâ in singulis sententia, qui militiæ præfuerat Tertullianus Dorpius perpetuo exilio, inter alios præfectos nonnulli infamia, quidam ære diruti ad tempus, aut stipendio multati sunt. Novus & à Montecucullano institutus magistratus pœna mulctatus est pecuniaria; Ex veteri senatu Prætor Arckelius munere suo privatus fuit, Consul Hardeveltius & Scabinus Carremans, officiorum omnium incapaces declarati, Consul Dammius ad vitam, Exconsul Goyerus ad sexennium proscripti sunt. Inter quos fuêre, *qui è solis accusationibus convictos se, vix & auditos*, publicè & privatim conquerebantur: *Quod si accusasse sufficiat, neminem fore innocentem. Nihil a se prætermissum, quo calamitatem declinarent; de collapsis mœnibus ac muris* (ut supra dixi in fine cap. XVII.) *diu ante obsidionem questos; Asserendæ urbi vitam ac fortunas obtulisse, neque tamen exauditos; nulla sua, suorumque culpa imparatis ac improvidis hostem supervenisse; dilatos, aut, neglecto flumine, calamitati expositos, nunc calamitatis pœnas dare, nec aliud puniri; Obvia delicta, ubi cætera laborant, in exemplum emendari, graviora deliquentium felicitate tegi.*

Guilielmus Dammius J. C. & Petrus de Goyer, primum x. Octobris die coram Actuario & testibus, mox ad Consessum D.D. Ordinum Generalium, provocationem instituerunt, libellumque supplicem iisdem Ordinibus obtulerunt, quo significabant, *Dammius nimirum, sese ex sententia Consilii Status*, v. *Octobris die pronuntiata, declaratum esse inhabilem deinceps ad quæcunque munera obeunda, insuper proscriptum ex fœderatis provinciis, regionibus, & civitatibus earundem sociis, quamdiu in vivis fuerit; Jussum prætereà ut intra decem dierum spatium, ab eodem quinto Octobris die, iis-*

iisdem Provinciis, regionibus, & civitatibus excedat, nec unquam in eas revertatur, sub pœna capitali, &c. Et Gojerus, sibi exilium ad sexennium esse indictum, iisdem conditionibus, quibus Dammio perpetuum. Quo Consiliariorum Status judicio sese prægravatos sentientes, tum propter frivolas rationes, quibus illud innititur, quæ neque ex confessione ipsorum, neque ex aliorum testimoniis probari unquam possent; Tum etiam propter immites & inhumanas condemnationes, quæ non solum ipsos, sed & posteros ipsorum duratura labe atque ignominia aspergerent; eoque magis, quod inauditum sit in hisce provinciis homines politicos, nulli culpæ obnoxios, alicujus oppidi deditione reos agi, & pœnas persolvere pro delicto, quod proprie Gubernatoris & militum fuit; iisdem rationibus permoti consultum duxere ab hac Concilii Status sententia provocare ad Collegium D. D. Ordinum Generalium, utpote ad quos ex instituto patriæ in rebus gravioris momenti appellationes devolvi soleant. Neque hic obstare potest, quod hæc res pro criminali habeatur, de qua videlicet nulla detur provocatio: Illud enim hac in caussa nullum habere locum tam è jure scripto, quam è Provinciarum quotidiano usu, manifestè liquet, juxta novem Iuris consultorum Hagiensium consilia (erant autem Apologiæ huic adjuncta, sed quia ad manum non sunt, atque etiam brevitatis gratia; omisimus) *Et quoad leges Romanas, notum est iis appellationes in rebus criminalibus concedi* (quod & hic legibus aliquot è jure Romano afferebatur) *Convenit etiam cum jure Canonico* (& hic rursus aliquot loci adducuntur) *Verum enim verò omnibus his tam antiquis, quàm modernis legibus atque constitutionibus unica subjungitur exceptio: In rebus scilicet criminalibus appellationem non permitti iis, qui non solummodo criminis convicti, sed & ipsimet confessi sunt. Cujus ratio hæc datur, Quod qui aliquid confitetur, propriam confert sententiam*

Vid. *l. 6. ff. de appell. l. eos 6. §. 5. l. 30. C. eod. c. cum sit Romana 5. §. præterrea x. de appell.* Tholos. *tr. de appell. cap. 7. n. 4.* Rebuff *de appell. art. 7. gl. 1. n.* 11. Bort *van t' gebruyck van appel in crimin. saken per tot.* Matth.

tiam, & quodammodo sua voce damnatur. Quapropter mirum non est, tales in provocationibus non exaudiri solere. Praxis quoque hisce regionibus Belgicis usitata ne latum quidem unguem dissentit à scriptis legibus: per hanc enim usurpantur duo modi sententiarum in rebus criminalibus; quarum altera via procedendi ordinaria, altera extra ordinem ferri dicuntur. Ordinaria procedendi via ex eo præcipuè cognoscitur, quod judices non inhæreant confessioni delinquentium, verum eos testimoniis, aliisque probationibus convincere studeant; quo in casu sine dubio locum habet provocatio. Modus extra ordinem eo tendit, ut reus vel ex se ipso, vel per tormenta crimen confiteatur: ex qua confessione sententia per judices formatur, & pronuntiatur talis, à qua propter jam dictas rationes nulla datur provocatio. Ideoque omnes sententiæ, eo extra ordinem modo conceptæ, allegare solent, captivos crimina iisdem sententiis inserta, & ex quibus fundamentum habet ipsorum condemnatio, extra tormenta, & ferrea vincula confessos esse. Unde necessario consequitur, ei, qui non ex propria confessione sit damnatus, jus provocandi minime ademptum esse: ut patet ex XLVII. *Decisione Curiæ Hollandiæ. Idemque confirmatur à Johanne Wamesio Antecessore Lovaniensi, qui de hac Belgarum consuetudine, & distinctione provocationum in caussis criminalibus differens, ita concludit: Invaluit hoc ideo, quia iisdem moribus nemo addicitur supplicio, nisi qui proprio ore crimen sit confessus, vel ultro, vel per tormenta. Jam vero ex sententiâ Concilii Status minimè gentium colligi aut ostendi potest, dictos Gojerum & Dammium ex propria confessione sua damnatos esse; quippe quæ contineat, Consiliarios judicasso ex eo, quod ipsis patuerit, non autem ex confessione reorum, cujus nulla omnino in sententiis fit mentio. Quo accedit illud, reos ne fando quidem unquam audivisse nomina testium contra se productorum; nedum ut eorum testimonia*

Wamef. de appell. ad d. c. Romana §. præterea n. 2.

vi-

viderint, multo minus tempus sese defendendi adversus ignotos hosce testes ipsis datum esse, quod tamen ad perficiendam legitimam probationem secundum leges necessario requiritur (hic rursus multæ leges citantur) *Quamvis autem aliquatenus dubium videri posset, an dictis Consulibus eo appellationis beneficio frui liceat (quod tamen ob allegatas rationes certissimum est) nihilominus omnes Jurisconsulti unanimiter statuunt, ejusmodi in casu appellationem concedendam esse, Quia in dubio, inquiunt, appellationi est deferendum* (& hic diversæ leges adducuntur) *Quoniam igitur ex omnibus præmissis luce meridiana clarius* [a] *patet, provocationem à jam dictis sententiis omni jure esse licitam, quodque iidem Consules majorem in modum per eas sint gravati, obnixe petunt Illustrissimorum & Præpotentium D. D. Ordinum mandatum appellationis in integrum, in forma ordinaria.*

Vid. Char. §. *fin. q.* 49. *per tot.* Sigism. Scaccia. *de. appell. qu.* 47. *limit.* 48. *n.* 3. & 24. & *limit.* 4. *n.* 24.

[a] Boss. *tr. de appell. n.* 20. & *seqq.* Speculat. *tr de appell.* §. *nunc dicamus n.* 2. *in fin.* Rebuff. *tr. de sent. excecut. art.* 7. *gl.* 1. *n.* 3. Scacc. *d. loc. qu.* 17. *ampl.* 16. *n.* 60.

Huic libello supplici in margine à Graphiario D. D. Ordinum Generalium adscriptum fuit: *Antequam aliquid hac in re statuatur decretum est, libellum hunc supplicem traditum iri in manus Concilii Status, informationis gratia. Actum Hagæ Comitis, Calend. Decembris, Anno* CIↃ. IↃC. XXIX. *Subsign:*

Corn. Musch.

Libellus hic supplex, seu potius Apologia, Domini Guilielmi Dammii, & Petri Gojeri, ipsorum petitione ab Ordinibus diœceseos Ultrajectinæ ad Ordines Generales missa fuit, additis hujusmodi litteris:

Illustrissimi, ac Præpotentes Domini.

Petrus de Goyer, & Guilielmus van Dam J. C. obtulerunt nobis legendum hunc, quem videtis, libellum supplicem, & simul à nobis commendatitias ad vos litteras petierunt, eum tendentes in finem, ut provocatio illis concedatur adversus sententiam à D. D. Consiliariis Status contra illos latam; quod ipsis denegare noluimus, neque potuimus, cum jamdudum Consessus nostri membra fuerint, nobis-

nobisque minime incognitum sit, quam bene & ex officio Reipublicæ suæ curam gesserint, justumque præsidium & subsidium quæsiverint, simulac in Veluviam hostis irrupisset. Petimus igitur à vobis, Illustrissimi & Præpotentes Domini, ut serio ad eorum postulationes, eoque pacto attendatur, quo D. D. Ordinibus visum fuerit; saltem quo omnis querelarum & dolendi materia ipsis præripiatur. Datæ erant Ultrajecti, die IV. *Decembris*, CIↃ. IↃC. XXIX.

Addiderunt quoque litteras ad delegatos ex suo consessu ad Collegium D. D. Ordinum Generalium, petentes ut huic rei ad bonum exitum dirigendæ adessent, ut libello supplici dictorum Consulum secundum æquitatem satisfieri, omnesque conquerendi caussæ adimi queant. Invictissimus etiam Arausionensium Princeps (qui spretis hostium conatibus ad Silvamducis perstiterat, donec urbem vicit toties invictam) ab iisdem rogatus est, rem ita commendaret, & moderaretur, ut dictis Consulibus appellatio permitti posset, cum inhibitione, ne sententiæ ad effectum perducantur. Interim ab Illustrissimis D. D. Provinciæ Ultrajectinæ Ordinibus, publico Comitiorum tempore congregatis (tanquam superioribus suis, & quibus optimè illorum officia, in salutem urbis adhibita, erant perspecta) obtinuerunt, ut pro tempore tutò & securè in eâdem Provinciâ permanere illis[a] concessum fue-

[a] Nec hoc tantum, nequis erret, sed mox, pristini etiam status plenissima decreto Ordinum concessa ipsis restitutio. Ad honores admissi rursum, ad magistratum, ad Consulatum, ad Consessum Ordinum Trajectensium, Generalium &c. Memorabile est inprimis, quod ad Dominum van Dam, quod restitutus non tantum, sed quod & ante & deinceps annos duos & XL. missus a Civitate Comitiis Ordinum interfuit usque ad Ann. 1671. ut ex his quæ sequuntur:

Aen de Ed: Mog: Heeren Staten 's Lants van Utrecht.

Geven met behoorlijcke eerbiedinge te kennen Peter de Goyer ende Mr. Willem van Dam, Oudtburgermeester van Amersfoort: Hoe dat zy Suppliants tot

noch

fuerit. Deinde ubi paullatim illa tempestas desæviit, horrorque ex animis incolarum discessit, quum hostis è Velaviâ & vicinis locis jam omninò discessisset, re melius perspectâ, illi

noch toe met alle mogelijcke middelen getracht ende versocht hebben, omme by hare Ho: Mog. de Heeren Staten Generael in appel ontfangen te mogen werden tegens de Sententien by den Raedt van State tegens henluyden op den 5. October des Jaers 1629. nieuwen-styls gepronunchieert, blijckende uyt de bygaende Copien van de Requesten ten dien eynde op verscheyden malen opgegeven ende gesolliciteert, waer op door contrarie beleyt tot noch toe niet en is gedisponeert, nochte sy Supplianten tot eenige expeditie hebben cunnen geraecken, niet tegenstaende de groote devoiren by alle occasien daer toe aengewendt, ende zelffs oock de ernstige recommandatie by 't Collegie van U Ed. Mog. Gedeputeerden ten voordele vande Supplianten aen hare Hog. Mog. gedaen, ende den last ten dien eynde aen de Heeren Gecommitteerden deser Provincie ter Vergaderinge van haer Ho. Mog. gegeven, omme der Supplianten versouck uyt den name van U Ed. Mog. ten besten te secunderen, gelijck sulcx oock in conformite van dien by d'selve Heeren Gecommitteerden (hoewel tot noch toe sonder succes) is naegecomen, waer door zy Supplianten niet werdende geadmitteert om hare beswaernissen tegens de voorsz Sententien t'haerer Justificatie voor te stellen, middelerwijle beswaert blijven mette voorsz. Sententien tegens henluyden injuria temporum gevallen, Ende dewijle U Ed. Mog. goede kennisse zijn hebbende van der Supplianten comportementen, ende wat goede devoiren de selve ten dienste vanden Lande hebben gedaen, so haest den vyandt op de Veluwe was gecomen, omme met middelen van defensie geassisteert te werden, ende dat het overgeven van de Stadt by den Commandeur en Officiers van 't Guarnisoen mitsgaders by de volle Magistraat nessens zesthien vande gequalificeerste Borgers ende d'Officiers vande Burgerye daer toe geroepen, is geresolveert, uyt oorsaecke dat d'selve t'samentlijcke verstonden, dat de selve Stadt ende d'Inwoonders tegens gewelt, overrompelinge, ende massacre niet en was te defenderen, ende dat doch binnen weynich tijts d'Ammonitie van Oorloch soude ontbroocken hebben, gelijck sulcx breder is blijckende by d'annexe attestatie van derthien der voornaemste Raedts-Persoonen als mede bij de deductie by de tegenwoordige Regeerders van Amersfoort ter vergaderinge van U Ed: Mog: in Martio lestleden overgegeven; Uyt alle welke Persoonen die 't overgeven van de Stad hebben geresolveert, zy Supplianten alleen principalijck sijn uytgekipt, ende soo rigeurslijck getracteert, daer d'andere niet alleen niet geculpeert, maer oock in haer oude ende sommige in meerder digniteyten zijn herstelt; Ende dat oock een ongehoorde saecke is in dese Landen, dat Bur-

illi, quibus exilium erat indictum, è patriâ pedem non moverunt; Reliqui etiam, excepto Gubernatore Dorpio, qui ante examen Concilii Status aufugerat, mulctâ liberati sunt.

Ne

Burgerlijcke Magistraets-Personen, die haer selven gaener schult bewust zijn, maer haer in alles als getrouwe Patriotten ende Vianden van den Spaengaert hebben gequeten, (als mede uyt de bygaende stucken te sien is) sullen werden gestraft van wegen 't overgaen van de Stadt, welckers bewaringe den Commandeur met het inleggende guarnisoen bevolen was, ende by haer te verantwoorden stont, Ende dat mitsdien den Supplianten seer swaer valt dus lange soo hart getracteert te werden, daer van zy zoecken verlicht te mogen werden; Soo keeren zy Supplianten haer tot U Ed: Mog: (uytten name van welke by U Ed. Mog. Gecommitteerdens ter Generaliteyt het Appel alrede achtervolgende haer last is toegestaen, 't welck (als nae rechten notoir is) van natuyre is alles te houden in sulcken staet als het was voor date vande Sententie:) ende versoucken met alle eerbiedinge, dat U Ed: Mog: den Supplianten by apostille in margine deses believen te stellen in soodanigen Staet, habiliteyt, ende vryheyt, als sy waren voor date van de gemelte Sententien ende de voorgegane proceduyren daer toe gehouden, T'welck doende &c.

Die Staten vande Landen van Utrecht, Gehoort de lecture van dese Requeste, ende op alles rijpelijck geleth, hebben om goede consideratien hare Ed: Mog: daer toe moverende de Supplianten gestelt ende stellen henluyden by desen in soodanigen staet, habiliteyt, ende vryheyt, als sy waren voor date van de Sententie by d' Ed: Mog: Heeren Raden van State der Vereenigde Nederlanden op den 6. October 1629. jegens henluyden Supplianten gepronuntieert, ende de voorgegaene proceduyren daer toe gehouden. Gedaen tot Utrecht den xi. Martii 1631. Ter Ordonnantie van mijne voornoemde Heeren die Staten 's lands van Utrecht.

Anton. van Hilten.

Extract uytte Resolutien van de Gedeputeerden der Ed. Mog. Heeren Staten 's Lants van Utrecht, Veneris 10. *Februar*, 1671. *Den Heer Burgemeester van Dam ter vergaderinge voorgedragen hebbende, dat nu twee en veertig jaren verlopen waren, 't sedert dat syn Ed: den eedt als Gedeputeerde der Stadt Amersfoort in handen van den Heer Grootvader van den jegenwoordigen Heere President hadde afgelegt, ende alsoo sijne Commissie nu was comen te expireren bedanckende haer Ed. Mog. voor alle eer en beleefthеydt in haer Ed. Mog. Collegie genoten, Heeft de Heere President uyt den naem van haer Ed. Mog. verklaert den gemelten Heere van Dam, haer Ed. Mog. altoos seer aengenaem geweest te zijn, ende betuygt met leetwesen te verstaen de expiratie van syn Ed. Commissie, erken-*

Ne igitur in immensum excrescat hæc mea descriptio, quam initio brevem fore pollicitus sum; hoc mihi unum sufficiet, quod quæ mei potissimum fuere propositi executus sim; si assecutus, judicet æquus lector: Quem monitum volo, me neminem mortalium lædendi causâ hoc suscepisse opusculum; sed ut patriæ antiquitates indagando, ac posteris tradendo, liberali ac honesto tempus fallerem otio. Si alicubi forte aberraverit calamus (quod præter voluntatem tamen meam erit) humanæ id fragilitati facile condonabit, quisquis se atque me hominem esse meminerit.

Quod superest, Deum Optimum & Maximum, cujus numine ac gratiâ, non humanis opibus aut præsidiis, regna, respu-

kennende de Provintie aen sijn Ed. verschuldicht te wesen voor de diensten in so een reeck van jaren gedaen. Geextraheert uytte voorsz Resolutien ende accordeert. In kennisse van my C. V. Poll.

Dorpium Auctor tantum excipit, sed excipit perperam. Nam & tandem hic restitutus. *Extract uyt het Register der resolutien vande Hoog. Mog. Heeren Staten Generael der Vereenichde Nederlanden. Martis den 18. Februar. 1631.*

Is gelesen de requeste van Tertulliaen van Dorp Heer van Dorp den 5. Octob. 1629. st. n. by sententie des Raeds van State binnen Utrecht uyt den lande gebannen ter saecke als in sijne sententie werdt geexpresseert versoeckende om de redenen in sijne requeste verhaelt, dat haer Hoog. Mog. hem Suppliant gelieven te vergunnen ende te gedoogen, dat voortaen hem sijn vaderlant wederom open moge staen, ende by onder beneficie van 't appel van 't voorsz. gedragen bannissement aen den Staet deser landen, ofte andere Geallieerde Princen, met eeren sijnen dienst ende het resterende deel sijns levens sal vermogen te presenteren, Waer op gedelibereert sijnde is goet gevonden ende verstaen midts desen, te consenteren ende te accorderen, dat den Suppliant in dese Vereenichde Nederlanden, geassocieerde Landtschappen, ende Steden van dien vrijelijck sal mogen wederkeeren, ende woonen, ende dat hem tot dien eynde acte sal worden gedepescheert, om te dienen daar ende alsa dat vereyschen ende van node weesen sal, midts dat hy Suppliant gehouden sal weesen hem in sijnen handel ende wandel te dragen ende comporteren in alle stillicheyt ende modestie by pane van te verliesen het effect van dit consent. Accordeert met 't register voornoemt: en was onderteeckent Corn. Musch. 1631, *Matth.*

blicæ, ac civitates constant, ex animo veneror, atque supplex oro, quantâ quis pro patriæ salute debeat, ac possit fide, ut bellicos tumultus ab urbe nostrâ benignè arceat, ejus antiquum decus protegat, ac tueatur; ut illa pacem habeat, tranquillitatem, otium, concordiamque perpetuam, utque cuncta illi bene, feliciter, ac prosperè eveniant; ut omnia magistratuum consulta & facta moderari, ac ritè secundare dignetur ille idem auctor ac stator regiminis; ad laudem & gloriam sacro-sancti nominis sui, Reipublicæ & Ecclesiæ patrocinium, atque optimarum artium & disciplinarum salutare præsidium & tutelam.

Joan. Imola Consil. XXXIV.

Civitas, quæ justo caret præsidio, excusatur à crimine læsæ majestatis, si hosti dedatur, præsertim si non mittatur subsidium.

Chronostichon,

In Vesaliam à nostris stratagemate captam.

CessIt Io ÇæCo BeLgIs Urbs InCLIta Marte,
Et bona NassoVIIs aUCta trophæa VIrIs.

In reliquas victorias anni CIↃ. IↃC. XXIX.

NobILIs AUrIaCI fLeXIt VIrtUte sUperbUM
SILVa CapUt, saLVa est VeLUa: VICtUs Iber.

T. V. H.

APPENDIX.

Nondum te dimitto, Lector: Est enim quod huic Commentario, sive descriptioni commodè inserere vix potui, neque tamen omittendum, sed ad calcem reservandum esse putavi. Prodiit anno CIↃ. IↃC. XXXIII. secunda editio libri cujusdam vernaculi, authore D. Focano, cui titulus est Adonibezeck, sive Pœna Tyrannorum. Huic Elogium carmine Hexametro præfixit D. Joannes Westerburgius Ultrajectinus, Ecclesiæ Dordracensis quondam Pastor, in quo inter alia leguntur hæc verba:

———————— *si jungere Mauris*
Audet inops animi turpes Amisfortia dextras

Memini me tum temporis litteras ad eum dedisse, quibus, licet nec ætate nec doctrina ipsi comparandus, meliorem tamen homini mentem precatus sum; idque suasu & adhortatione præstantium aliquot virorum (inter illos tamen nullus Amisfurtensis extitit, sed omnes à calumniis & maledictis abhorrentes) quorum consilio, vel potius affectui, quem patriæ debebam, tantillum hoc denegare non potui. Mirari me & alios dicebam, quod vir tantæ eruditionis & facultatis tam sinceræ, falcem in alienam messem mitteret; idque triennio & ultra post turpem istam (ut loquitur) Amisfurtensium deditionem, cumque jamdiu, & mox à discessu hostium ex Velavia, magistratus & cives istius oppidi ab omni culpa immunes judicati essent. Et hoc addidi, me non dubitare quin sciret (si saltem historias inspexisset) non raro oppida magis munita minoribus hostium copiis sese dedidisse: imò (ut passim libelli per Hollandiam, aliasque provincias proximis annis sparsi palam indicant) nisi Vesalia salutari stratagemate à nostris capta fuisset, Cæsareani Nardam, Mudam, Ultrajectum (&

quid

quid non?) invadere, & Silvæducis obsidionem turbare non difficulter potuissent. Ideoque mirum videri ajebam Christianæ charitatis hominibus, cur hoc convitio incesserit viros, qui non exiguam partem regiminis obtinent in ea provincia; cujus stipendiis & munificentia in studiis disciplinarum egisset, primosque aditus ad sacros honores adeptus, hoc est, ad Cathedram pastoralem evectus esset. Alia insuper ad diluendam ejus criminationem scripsi, quæ omnia lapsu temporis non recordor. Gramben vero hanc cruda juventute mea coctam hic non repeterem, nisi rerum Anno CIↃ. IↃC. XXIX. gestarum narratio hæc mihi in mentem revocasset, & amor patriæ omni ratione esset valentior, ut ait Ovidius *lib. 1. de Ponto, eleg.* IV. Quæ caussa si me non impulisset, libens hanc appendicem omisissem, idque præcipue ordinis theologici gratia (quem ego ut incomparabili generis humani bono divinitus institutum suspicio ac veneror) & tot ejusdem ordinis pietate & omnigena eruditione præstantium virorum: Quibus equidem tanto plus laudis tribuendum censeo, quanto aliorum nimis arrogantium consortio atque collegio authoritati horum & existimationi magis decedit apud eos, qui (licet iniquo ac perverso judicio) de toto ordine ex diversis quorundam moribus & ingenio nimis temere pronuntiare solent. Caveant tamen istiusmodi πολυπράγμονες sese immiscere negotiis ad se non pertinentibus, nisi se ridendos sapientibus & doctis præbere velint;

Si cui vel tanti est similes evolvere nugas.

Sed proh dolor! ita plerumque mortalium vita comparata est, ut non desit unquam, quod reprehendere per livorem possit malignitas, aut odio gravis animus ad criminis suspicionem detorqueat: eò prorumpente interdum quorundam imprudentia dicam an impudentia, ut pudor non sit salutaribus bonorum virorum conatibus sceleris labem aspergere, eorumque famam & existimationem infe-

ctari, quorum innocentia & integritas vel ab ipsis sæpe inimicis testimonium reportet. Quod magis mirandum est in illis, quorum munus & officium est pro virili referre Principem ac Doctorem suum Jesum Christum, generis humani Redemptorem, qui nihil præter pacem & charitatis commendationem legavit discipulis suis, & hoc uno fideicommisso utramque Testamenti sui paginam implevit. Quo pacto Theologus, id est, vitæ vere inculpatæ professor, præclarum illud Servatoris nostri mandatum, nunquam læsus, violare posset, *Pacem meam relinquo vobis, Pacem meam do vobis, Johan. xiv. xxvii?* Aut si læsus fuerit (quod hic non probabitur, neque verisimile est) qua ratione saltem de illo cogitare non potuit, *Diligite inimicos vestros, Benedicite iis, qui vos devovent, Benefacite iis, qui oderunt vos, Matth. v. vers. xliv?* Quantum mi lector, distant hæc verba ab illis & similibus, *Virulentis conviciis proximos vestros insectamini, & bene merentes lethali linguæ spiculo adorimini?* Verum enim verò sunt inter istius generis homines, qui in aliorum vitiis tam acutum cernunt, quam aut aquila, aut serpens Epidaurius; non contemplantes interim manticam in tergo dependentem. In quorum albo jure collocandi sunt tales, quibus, ut Thucydides ait, τὸ σῶφρον τοῦ ἀνάνδρου πρόσχημα, καὶ τὸ πρὸς ἅπαν ξυνετὸν ἐπὶ πᾶν ἀργὸν, τὸ δὲ ἐμπλήκτως ὀξὺ ἀνδρὸς μοίρᾳ προσετέθη, Id est, *Quidquid providum est, ignaviæ speciem habet, quod circumspectum, segnitiei; quicquid vero abruptum & præceps, id forte atque virile censetur.* Sed res est invicta veritas, & innocentia: quin etiam tacita bonorum judicia perpetuam obtinent authoritatem, suum quoque apud posteros habitura pondus. Semper magnis piisque conatibus accedit invidia, æmula bonorum socia. Sed viri luce dignissimi non obducuntur calumniarum nebulis, nec cum tenebris colluctantur; verum delationibus in lucem ac diem proferuntur. Virtute natus splendor æternat. Proprium autem est veræ magnitudinis non sen-

tire maledicorum linguas. Ita generosiores feræ ad canum latratus lentè respiciunt, ac plurimum nec aspectu quidem dignantur. Sic etiam irritus ingenti scopulo fluctus assultat, sibi injurius, dum integer insurgit, sed fractus resilit, — *irasque sui bibit ipse furoris*. Et cujus unquam tanta fuit aut potentia, aut pietas, in quam non incurreret invidentia & livor? Sed contemptu solo vindicantur hæc linguarum vulnera, & vincuntur; In eo tantum certa victoriæ spes est; Ultionis cupiditas, doloris confessio est. Nullius proinde tam improba & effera in calumniando est nequitia, ut vel minimo digna sit motu; cum omnis calumnia feculentæ cloacæ similis habeatur, quæ quo plus mota, plus fœtet. Verum longius, quam par forsan erat, evagati sumus; Nunc ad institutum redeamus. Res bellicas Anno CIↃ IↃC. XXIX. circa Amisfurtum & in eo tali modo gestas esse, quo eas quinque postremis capitibus narravi, authoritate publica, & scriptorum utriusque religionis privata, ut & ocularis testibus fide dignis facile probari potest. Ex nostratibus legantur solummodo hujus seculi duo primarii Historiographi, ὁ πάνυ Daniel Heinsius, & vir inexhausti laboris Petrus Christiani fil. Borre, uterque in suis Commentariis, rerum Anno CIↃ. IↃC. XXIX. ad Sylvam-ducis & alibi in Belgio gestarum; quos neque gratiæ aucupium stimulavit, ut Amisfurtensibus blandirentur, nec ullæ in caussa potuerunt esse inimicitiæ, cur detractum iisdem quicquam vellent. Horum scripta, quæ in omnium manibus sunt, si incorruptus lector, sublato omni præjudicio, ad æquilibrium, & justam appendat stateram, perfecte ad cognitionem caussæ veniet, ac facile deprehendet in quam partem veritas, quæ falsitate semper est ponderosior, inclinatura sit, neque maledicta tam avidè accipiet, quam communicari solent. Sed de his satis superque, Lector amicissime, non enim cum umbris luctari mihi decretum est.

Id cinerem, aut manes credis curare sepultas?

Su-

Supremi hujus Reipublicæ moderatores jamdudum sibi à magistratu Amisfurtensi satisfactum esse judicarunt; nullus dubito, quin & D. Westerburgio p. m. postquam dicti versus ipsi excidissent, satisfactum fuerit. Si tibi quoque, Candide Lector, & descriptione patriæ urbis, & hac virorum bonorum defensione satisfecero,

Sat mihi lætitiæ, sat mihi laudis erit.

Simile quoque judicium esto de lachrymoso poëmate Danielis Souterii Ecclesiastæ Harlemensis, ——— (*Si quis tamen hæc quoque si quis Captus amore legit*) ——— quod continet res Anno CIↃ. IↃC. XXIX. in Belgio à Belgis gestas: ubi narrationem eorum, quæ ad Amisfurtum gesta sunt (quam sic incipit:

Ah Amersfurtum quæ te sors læva subegit?)

multis nugis & enormibus mendaciis complet; dum futiles ejus temporis cavillationes, & vulgi dicteria carmini suo immiscet, &c. *lib.* IV. *pag.* 173. & 237. Inter quæ eminet insigne illud & splendidum de multorum civium ex urbe fuga ante obsidionem *pag.* 179. Optandum esset, ne in Rempublicam irreperent homines plus nimio loquaces, & male diserti, qui dum multitudinis aures & affectus possident, in scriptis, imo in concionibus, & centonibus suis, plebis animos adversus proceres incendunt: ita ut non raro tales circinatores (bonos enim sacrarum litterarum interpretes excipio) signiferi ad seditionem videantur esse, quique patientiæ doctores esse debebant, sæpe in causa sint, ut rerum nomina intervertantur, & cæca dissidendi libido pius ardor, modestia & animi temperies ignavia aut etiam proditio vocetur. Sed iterum nescio quomodo relabor ad eadem; manum igitur de tabula tollo, & finem facio, concludens cum his Clarissimi Professoris Dom. Baudii versiculis, in moralis & civilis scientiæ Monitis, *lib.* II. *Gnom.* XXXII.

Hirudo famæ pestilens calumnia
Tantum sibi licere sumit, ut viros
Morsu maligno devenustet optimos.
Ut umbra semper est euntibus comes
In luce solis, sic adhæret hæc lues
His, qui decus, rectique sectantur vias.
Fruatur ergo quisque qui fidit sibi
Famæ sinistro errore: Vix ulli venit
Immune labis nomen ante funera.
Post tot labores ille prognatus Jove,
Domitor ferarum fortis, acer Hercules,
Solo supremo fine livorem malum
Sensit domari; Donec in terris fuit
Invictus Heros, semper aut periculis,
Aut invidis objecit adversum caput.

Idem in Epistolis.

Canem oblatrantem si pavide caveas, acrius irritatur; Si nescio similis prætereas, confestim iram ponit. Ita est ingenium obtrectationis: Si despicientiam simules, sensim exolescit; Si moveri te fatearis, fortissime debacchatur.

Conclusio appendicis.

Tempus ad hoc, quatuor lustris sine felle peractis,
Omne fuit vitæ tempus inerme meæ.
Nunc mihi diversos facit indignatio mores:
Os premere audito quis balatrone queat?
Mutus ut ante puer vocem prorupit in altam,
Dum patrem Crœsum cerneret ense peti;
Sic mihi nunc linguæ rumpuntur fila coacta,
Dum feriunt matrem crimina ficta meam.

DE-

DESIDERIUM PATRIÆ AMISFURTI,

Quum eam decennio non vidissem.

Rura situ peramœna jacent, jucundaque visu,
Pulcher ubi gelidis volvitur Emus aquis:
Credibile est homines tali vixisse vireto,
Quum tener, & nondum sub Jove, mundus erat.
Frondibus hic arcet Phœbæos populus ignes,
Multaque gramineum quercus inumbrat humum.
Pascua felices Zephyri genialia mulcent,
Et gremium lætis frugibus ornat ager.
Alma Ceres, montana Pales, duo numina pacis,
Hic virides campos, & juga curva tenent.
Laurigeris sedes non est magis apta Camœnis:
Mons sacer hic; Illic Castalis unda fluit.
Blandaque delicias præbet genus omne voluptas,
Queis alibi similes Belgica terra negat.

Najades hic inter medias facilesque Napeas
Urbs celebrata suum tollit in astra caput;
Meque inter reliquas obtutu charior urbes
Spectat, & immemorem non sinit esse sui:
Vitales olim quia me produxit in auras,
Heliadumque patrem prima videre dedit.
Nec rosei tantum nitidas in luminis oras
Contigit hac primum tollere in urbe caput;
Abluere antiquæ mala sed contagia culpæ,
Inque salutiferis sumere nomen aquis.
Inde tribus lustris gremio me fovit amœno,
Et studiis favit semper amica meis;
Dum placidis veneror, & Musis impendimus annos,
Pierisque sitim [illegible] schola.
Salve, grata mihi, Phœbo gratissima, tellus,
Cujus in adspectum [illegible] somnia nostra volant:
Quod tamen adspicio, brevis est [illegible] imago;
Sinceroque nihil [illegible]
Ah quoties tacitis [illegible] membra soporem,
Ah quoties sensus fascinat umbra mihi!
Namque tua videor contingere limina sedis,
Quæ toties oculos detinuere meos:
Et videor vestris, Amici placidissime, lymphis,
Aut videor rigua pellere fonte sitim.
Illustres salvete animæ, genus nescia fraudis,
Queis intacta fides, & sine labe [illegible],

Par-

Parnasso dilecta cohors: Vos Hoevius absens
(Mente tamen patriam, tectaque chara videns)
Vos procul hinc salvere jubet, quos cernere coram
Optat, & antiquo fœdere posse frui.
Et, velut Joniis cum navita fessus ab undis
Post duo ad almum lustra revisit humum,
Lætitia exultat, matrique dat oscula terræ,
Exilii recolens tædia longa sui:
Sic ego, si sinerent mea fata, quiescere vellem
Pulcher ubi gelidis volvitur Emus aquis:
Sic agerem molles vobiscum suaviter annos,
Nec mihi solstitium, nec gravis esset hiems.
Interea patrii colles, quas Delia virgo,
Et Dryades gaudent incoluisse domos,
Amisides glebæ, Cereri gratissima Tempe,
Creber ubi lætam saltus inumbrat humum,
Amisii cives, & candida pectora, quorum
Æquiparat doctos mentis acumen avos,
Vivite felices, ac res firmate secundas,
Aurea pax animos jungat, & alma fides.
Cedant arma togæ, cedant lituique tubæque,
Threïcii fugiant ira furorque patris:
Et vos concordi vitam sub amore trahentes
Elogiis celebrent extera regna suis. Vos etiam forti.
Ipse Deus vestræ sit conditor urbis, & omnes
Res procul adversas inde fugare velit.

Hoc

Najades hic inter medias facilesque Napeas
Urbs celebrata suum tollit in astra caput;
Meque inter reliquas obtutu charior urbes
Spectat, & immemorem non sinit esse sui:
Vitales olim quia me produxit in auras,
Heliadumque patrem prima videre dedit.
Nec rosei tantum nitidas in luminis oras
Contigit hac primum tollere in urbe caput;
Abluere antiquæ mala sed contagia culpæ,
Inque salutiferis sumere nomen aquis.
Inde tribus lustris gremio me fovit amœno,
Et studiis favit semper amica meis;
Dum placidis [illegible] Musis impendimus annos,
[illegible] schola.
Salve, grata mihi, Phœbo gratissima, tellus,
Cujus in aspectum somnia nostra volant:
Quod tamen adspicio, brevis est [illegible] imago;
[illegible]
Ah quoties [illegible] soporem,
Ah quoties sensus fascinat umbra mihi!
Namque tua videor contingere limina sedis,
Quæ toties oculos detinuere meos:
Et videor vestris, [illegible], lymphis,
Aut videor riguo pellere fonte sitim.
Illustres salvete animæ, gens nescia fraudis,
Queis intacta fides, & sine labe mores,

Par-

Parnasso dilecta cohors: Vos Hoevius absens
(Mente tamen patriam, tectaque chara videns)
Vos procul hinc salvere jubet, quos cernere coram
Optat, & antiquo fœdere posse frui.
Et, velut Joniis cum navita fessus ab undis
Post duo ad aliquot lustra revisit humum,
Lætitia exultat, matrique dat oscula terræ,
Exilii recolens tædia longa sui:
Sic ego, si sinerent mea fata, quiescere vellem
Pulcher ubi gelidis volvitur Emus aquis:
Sic agerem molles vobiscum suaviter annos,
Nec mihi solstitium, nec gravis esset hiems.
Interea patrii colles, quas Delia virgo,
Et Dryades gaudent incoluisse domos,
Amisi des glebæ, Cereri gratissima Tempe,
Creber ubi lætam saltus inumbrat humum,
Amisi cives, & candida pectora, quorum
Æquiparat doctos mentis acumen avos,
Vivite felices, ac res firmate secundas,
Aurea pax animos jungat, & alma fides.
Cedant arma togæ, cedant lituique tubæque,
Threïcii fugiant ira furorque patris:
Et vos concordi vitam sub amore trahentes
Elogiis celebrent extera regna suis. Vos etiam forti.
Ipse Deus vestræ sit conditor urbis, & omnes
Res procul adversas inde fugare velit.

Hoc

Hoc videam, videantque alii, qui pectore toto
Pro patria & vobis vota precesque ferunt.
Nostraque sit pietas cum carmine grata: Voluntas,
Quod nequiit versus, suppleat ipsa precor.

Scribebam Thielæ Batavorum,
Anno CIↃ. IↃC. XLVIII.

THEODORUS VERHOEVEN
Amisfurtensis.

CHRO-

CHRONICON AMORFORTIUM

INCERTI AUCTORIS,

A primordiis ipsius urbis usque ad Ann. clↃ. IↃ. LXXIII.

CHRONICON
AMORFORTIUM
INCERTI AUCTORIS,


A primordiis ipsius urbis usque ad Ann.
cIↄ Iↄ LXXIII.

V

VETUS CHRONICON AMORFORTIUM

INCERTI AUCTORIS,

A primordiis ipsius urbis usque ad Ann. cIↃ. IↃ. LXXIII.



Amorfortia a multis, etiam Johanne Cæsario, commendatur a situ, amoenitate, fertilitate, munditia. Præterea passim Amorfortii laudantur a columbina simplicitate, serpentina prudentia, religione, divitiis, fidelitate erga suos Principes, gravitate, parsimonia, liberalitate erga pauperes, hospitalitate erga exules & exteros. Cornelius Callidius laudat ab ingenio.

Catalogus librorum & scriptorum, ex quibus hi Commentarii sunt desumpti.

Chronica Hollandiæ.

Fasciculus temporum a Johanne Veldenaer consarcinatus.

Historia & Catalogus episcoporum Ultrajectinorum auctore Gerardo Noviomago Geldenhaurio, Marpurgi apud Egenolphum 1542. & Francfurti 1532.

Wilhelmus Heda Præpositus Arnhemensis de origine situque insignis urbis Trajectensis.

Item de gestis sociorum Willebrordi ex claris Authoribus.

Annales rerum Flandricarum Jacobo Meyero authore.

Libri VII. Secessionum Ultrajectinarum Lamberti Hortensii apud Oporinum Basileæ.

Henricus Bommelius de bello Ultrajectino.

Gesta Pontificum Trajectensium authore Jo. de Beka, cujus titulus Chronicon Trajectensis ecclesiæ.

Commentarii Daventrienses per Johannem Sentheinium.

Gerardi Lystrii Rhenensis carmen hexametron, quo describit Ultrajectinam regionem. Impressum Marpurgi 1542.

Archivum Capituli & Civitatis Amorfortiensis, & Abbatis D. Pauli Trajectensis.

Chronica Birctina, Agnetensis, Agathensis.

Levinus Crunus Boscopianus.

Petrus Apherdianus.

Hermannus Faletus.

Surius scribit quædam de origine.

Lud. Ocherus frugi scriba Dordracenus edidit carmen in laudem Amorfortiæ. In quo inter alia

Sit cuique suum decus,
Fas ulli, ter & amplius
Amorsfordia dives.
Cristas ergo serio,
Amorsfordia nobilis
Et multo generosior
Sparta &c.

Sunt multa alia carmina in encomion descripta. Habet & Johannes Cæsarius ejus descriptionem.

De

De Amorfortia nil invenio, quod viro prudenti fidem facere potest, priusquam ventum est ad Annum 1148. de quo postea. Nil etiam certi habeo de conditore, de tempore conditæ civitatis. Sunt qui a Romanis conditam volunt, atque ab illis inditum nomen *Amorfortia*, quo indicare voluissent tunc civitatem florentem fore, si civium animi amore forti fuerint uniti. Illa vere civitas dicitur, ubi vera civium unio. Alii a Gallis extructam & sua lingua *Amorfort*, id est, amorem fortem asserunt. Verior sententia videtur eorum, qui a tenuissimis initiis in hanc quam videmus amplitudinem venisse affirmant. Hi dicunt primum fuisse hoc loco duas cauponas, vernacula lingua *Hamer*, quod Latina lingua malleum dicimus, & *Voert*, quod transitus seu trajectus dici potest, & paulatim accessisse plures ædes, & tandem vicum effectum, & habuisse pro tempore sacellum. Ex quibus cauponis & hoc oppidum ab indigenis nomen suum accepisse protestantur. De Amorfortia prius mentio fit, quando Chronicorum auctores describunt initium cœnobii Benedictinorum in Hohorsta, seu ut postea vocarunt, sacro monte. Sic habent: *Anno millesimo sexto regnante Henrico secundo Imperatore, anno* v. *sui Imperii, Ansfridus Comes Teysterbandorum & Brunissantium, Dominus de Haltena episcopus Trajectensis omnia bona sua donavit Episcopatui, atque extruxit in monte sacro prope Amorfortiam iu honore Domini nostri, Sanctorum Apostolorum Petri & Pauli, & S. Martini cellulam Divæ Virginis, Conventum ordinis D. Benedicti, & huic contulit bona sua in Dryrle in pago Testerbantinensi, qui & postea visitatione divina cæcus factus est, & habitum ac ordinem ibi suscepit, atque post annos duos, videlicet* 1008. *mortuus & ibi sepultus est. Horum Benedictinorum ea erat pietas & sanctitas, ut & Imperator eorum rationem habuerit, & illis Dominum de Lochorst vicinum contra prædones & adversarios defensorem constituerit, atque illis Adelboldus*

episcopus Trajectensis sua bona contulerit. Hos postea Bernolphus seu Bernoldus vigesimus episcopus Trajectensis ex sacro monte Trajectum transtulit, atque templum in D. Pauli honorem ædificavit. Quod ipse in suis literis factum dicit Anno Domini millesimo quinquagesimo, indictione tertia, regnante Henrico tertio Imperatore. Antiquus codex habet; *Anno* 1148. 25. *die Septembris summum altare templi D. Georgii consecratum ab Ottone III. episcopo Trajectensi.* Sed ex Chronicis & Catalogis episcoporum constat Ottonem III. episcopum Hollandum mortem obiisse Ann. 1249. secundo Aprilis, ut patet inde errorem a scriptore admissum, & factam fuisse consecrationem Ann. 1248. semestri ante mortem.

Anno 1259. Henricus episcopus Trajectensis ipsa Odulphi Amorfortiis concedit jus municipale. Quod vulgo *Stadts-recht*. Extant literæ Latinæ ea de re antiquissimæ confectæ.

Anno 1298. altera natalis Johannis donavit Wilhelmus episcopus Ultrajectinus Amorfortiis, ut idem jus usurparent, quale erat Ultrajectinis.

Anno 1317. concessit Guido episcopus Trajectensis consentientibus ecclesiis Trajectensibus M. Nicolao Sirixcensi Pastori Amorfortiano aream sitam in opido Amorfortio juxta cimiterium cum fossis & itineribus. Designatus erat arci constituendæ eo quod nunc arcem in Stoutenburch extruxisset.

Ann. 1331. altera Palmarum donabat Guido episcopus Trajectensis Amorfortiis duas nundinas præter eas, quas habebant a superioribus episcopis, assentiente etiam D. Arnoldo Yselsteinensi.

Anno 1337. erexit Johannes Diestensis episcopus Trajectensis XLV. collegium Canonicorum Amorfortiæ in æde D. Georgii. Auxit & bona Pastoris, duasque vinarias, ut vocant,

cant, canendo. Qui & eodem anno civitati privilegia sua confirmavit.

Anno 1340. ipsa die Parasceves magnum (non lego unde) Amorfortiæ incendium excitatum, ita ut etiam antiquum D. Georgii templum combureretur. Sed vide miraculum: Sacramentum Eucharistiæ quod ex feria quinta, die Cænæ Dominicæ, in calice expositum erat, vir quidam pius, laicus, ut appellatur, in templum undique immensum procurrens invenit nodum calicis liquescente calice illæsum, atque id cruribus combustis religiose inde detulit. Unde quotannis supplicatio in octava Paschæ usque in hodiernum diem habetur.

Anno 1349. præcedenti die D. Gertrudis cedit Johannes episcopus Trajectensis Amorfortiis prædium Randersroríanum cum omnibus juribus, decimis, & Prætoris munus, omnemque jurisdictionem agrorum, vulgo *der Ackeren*, item Zwenvort & nigri Campi.

Anno 1356. 14. Martii Gisbertus Nierodius eques auratus nomine Ducis Wilhelmi Bavari Comitis Hollandiæ XXII. Susarum vicum spoliat, agit, & fert, in ultionem Wesepii a diœcesanis capti & incensi, Ottone de Laer Satrapa episcopi Joannis ab Arckel cum Amorfortiis prædam excutere molientibus, iniquo Marte, desiderati sunt ex Amorfortiis cum Duce prædicto cives triginta sex.

Anno 1366. negant Amorfortii episcopo Trajectensi tanquam illegitimo Principi se soluturos vectigalia, tributa, jura, census, & episcopales reditus. Quapropter contracto excercitu ipsa Margaretæ obsedit civitatem. Sed octavo die reconciliati sunt suo episcopo ea lege, quod eum agnoscerent episcopum, & imperata facturi & soluturi, quæ prioribus episcopis solverant. Qui & feria tertia post Luciæ privilegia Amorfortiâ confirmavit.

Ante hæc tempora Sacellum Spiritus sancti habuit initium, ut patet ex antiquissimis literis. Ejus certa origo nondum inveniri potuit.

Ann.

Ann. 1379. Urbano Sexto Pontifice summo, & Guidone episcopo Trajectensi, floret Magister Gerardus Magnus vulgo *Groot*, homo doctus in omni scientia, insignis concionator, humilis, sobrius, prudens, laboriosus. Erat Diaconus, habueratque facultatem ab episcopo Florentio prædicandi. Ad gradum sacerdotii propter ejus excellentissimam dignitatem & summam viri humilitatem nunquam promoveri voluit. Author monachorum qui fratres dicuntur bonæ voluntatis. Dives cum esset, ut normam daret omnibus recte vivendi, conducebat Daventriæ scholasticos, quos optimos noverat scriptores. His libros sanctorum Patrum describendos tradidit, atque eis per Florentium Radewijn presbyterum Vicarium Daventriensem in æde D. Lebuini diebus Sabbathi justam mercedem numerabat. Quibus addebat & vestes. Postea D. Florentius suadebat Magistro Gerardo, ut sineret mercedem scriptorum in commune cedere, ut scholastici scriptores inde communem vitam ducerent. Quod ubi M. Gerardo placuisset cœpit hoc esse initium totius religiosæ societatis præsentium temporum. His D. Florentius cum suis presbyteris & clericis ex consilio M. Gerardi formam & modum vivendi Apostolicæ vitæ consentaneum præscripsit, ita ut viverent in omni humilitate morum, vestium simplicitate, atque suarum manuum labore. Gerardus Magnus habebat in principio suarum concionum propter Zoilos inter prædicandum præsentes Notarium & testes. Tantæ erat memoriæ, ut sermones, quos semel legisset, ad unguem statim teneret. Prædicabat Daventriæ Zwollis, Campis, Amorfortiæ, Amsterdamis, Harlemi, Leidæ, Delphis, Zutphanii. Commovebat sua prædicatione ferventissima & sanctissima vita omnem clerum & populum, omnemque sexum & ætatem, ita ut multos Christo lucrifaceret, & author esset, ut passim in his regionibus multa cœnobia instituerentur.

Ann. 1380. aliquot viduæ & virgines in loco dicto *de Vische-*

sche-

ſtberie aut Glasborſt inceperunt vivere in omni paupertate. Mendicabant etiam oſtiatim. Harum Confeſſarii erant Paſtor Amorfordienſis D. Wilhelmus Henrici Amorfortius & D. Petrus presbyter vicarius. Sumebant in templo D. Georgii euchariſtiam. Ex prioribus ſororibus quinque ſepeliebantur in templo D. Georgii. Poſtea cœperunt extruere ſacellum in honorem Trinitatis, Divæ virginis, Matthei Apoſtoli & Evangeliſtæ, & Divæ Agnetis Martyris & virginis, idque ope D. Gerardi Bronchorſt Canonici S. Salvatoris Trajectenſis, heredum Hermanni Sinder, & prædipue Bertradis viduæ Godefridi Regii.

Anno 1382. Dux Gelriæ Wilhelmus pacem facit cum Amorfortiis.

Ann. 1384. 15. Calend. Septembr. in feriis D. Bernardi Daventriæ Magiſter Gerardus Magnus acceſſerat divitem hominem Lambertum Stierman peſte laborantem & teſtamentum ſuum diſponere volentem pro extructione cœnobii Canonicorum Regularium. Cujus cum arteriæ pulſum tangeret, nam erat etiam in re medica exercitatus, peſte correptus eſt. Cumque ſuis ſuaſiſſet, ut regulam auctentiorem D. Auguſtini ſuſciperent, & D. Florentium ſuum Vicarium ſtatuiſſet, hora quinta pomeridiana anno ætatis ſuæ 44. in Domino obiit. Sepultus eſt Daventriæ coram venerabili ſacramento cum magno piorum luctu. Multa de hoc Magiſtro Gerardo leges apud Thomam Kempiſium in libro virorum illuſtrium Windeſemenſium, in vita Johannis Cuſenberti, & alias paſſim. Reliquit multa ingenii ſui monumenta, doctiſſimos libros. De hoc exſtat elogium Magiſtri Wilhelmi de Salvarilla Cantoris Pariſienſis, Archidiaconi Brabantiæ in eccleſia Leodienſi, Doctoris in Theologia: *Sanctæ recordationis Magiſter Gerardus dictus Magnus feliciter migravit ad Dominum.* Et vere magnus, quum in omnibus ſcientiis liberalibus, & naturalibus, moralibus, civilibus, canonicis, & theologicis ſimul in uno ſuppoſito con-

gregatis nulli erat in orbe secundus. Erat etiam tantæ sanctitatis, ut exemplum in mortificatione carnis, in abnegatione temporalium, in contemptu mundi, in charitate fraterna ad omnes, in desiderio salutis animarum, in efficacia prædicationis, in detestatione vitiorum, in opponendo se contra hæreticos secundum jura Canonica & concubinarios, in convertendo ad vitam spiritualem plures viros & mulieres, prius secundum mundum viventes, omnibus esse videretur.

Ann. 1394. Wilhelmus Dux Gelriæ & Juliacensis componit dissidia, quæ orta erant inter Fredericum de Blankenheim episcopum Trajectensem & Amorfortios. Et hi solvunt episcopo mille scuta antiqua.

Anno 1395. miserunt pii homines Rutgerus Doem, Johannes Hagensis, Everardus Valde, Stephanus Touwe, honestos viros Daventriam oratum D. Florentium, ut mitteret sanctos viros Amorfortiam, ut etiam Amorfortiæ instituerent collegium piorum sacerdotum atque clericorum. Quibus libenter annuens misit tres insignes probitate viros, Andream de Altendorn, Johannem de Lemego, & Nicolaum de Erpel, quorum consilio & industria domus Clericorum retro nosocomium D. Petri intra triennium est ædificata. Quibus se adjunxerunt Rector scholæ D. Wilhelmus Henrici Amorfortius, homo magnæ eruditionis & jurisperitus, qui & Rector electus est novæ Domus clericorum, & postea Antistes totius ordinis tertiæ Regulæ D. Francisci, & simul duo Vicarii S. Nicolai in æde D. Georgii & S. Petri in nosocomio prædicto.

Ann. 1397. consecratum est sacellum Divæ Agnetis. Eodem anno D. Johannes de Lemego vir angelicæ vitæ Curatus a creatus. est pater sororum Agnetensium. Qui & postea præfuit Agnethensibus. Sepultus est anno 1421. apud divum Georgium ante aram D. Nicolai, ubi Vicarius erat.

Ann. 1398. tertia Julii dedit Albertus Palatinus Rheni Amorfortiis in emphyteusin sua vectigalia, quæ illi ex quatuor

Do-

Domino Hollandiæ & aliarum suarum ditionum ab Amorfortiis solvebantur, & simul opidi privilegia confirmavit.

Eodem anno facti sunt prædicti fratres, qui collecti erant retro nosocomium, pœnitentiarii de tertia regula D. Francisci.

Hoc exemplum secuti sunt & Agnetenses sequenti anno, qui & eodem anno petierunt a Frederico de Blanckenheim episcopo Trajectensi se includi. Quod & ille concessit.

Eodem anno erectum est sacellum & fraternitas Divi Johannis Baptistæ & Evangelistæ.

Ann. 1399. in vigilia nativitatis Dominicæ cesserunt Rutgerus van den Doem & Belia ejus uxor domum suam & reditus multos ad usum sororum D. Agathæ. Eodem anno accepit idem Conventus multa privilegia a magistratu Amorfortio, scilicet ut liber esset a vigiliis, fodiendo, censibus, & expensis, quibus civitas oneratur.

Anno 1400. ætatis 50. obiit piissimus vir D. Florentius Radewyn primum Canonicus S. Petri Trajectensis, postea ecclesiæ Daventriensis Vicarius, a Gerardo Magno conversus, ejusque verus imitator. Natus erat Leiderdami in Hollandia, Studuit Pragæ. Erat morum honestate conspicuus, lætus, affabilis. Suadebat clericis & laicis Deo servire volentibus prava consortia fugere, ad audiendum verbum Dei properare, humilitatem Christi sectari, Sanctorum vitam ad imitandum respicere, ut per continentiæ virtutem & præcepta Dominica præmia consequerentur æterna. Dum pestis grassaretur Daventriæ venit cum aliquot discipulis Amorfortiam. Scribit Thomas Kempisius, quod cum Florentius esset Amorfortiæ ab incolis civitatis & majoribus illius loci satis reverenter sit susceptus, & pia devotione visitatus. Cum etiam quidam honesti viri ad audiendam vocem sermonis ejus venerunt ad prandendum cum eo & fratribus suis, cupientes familiaritatis ejus habere gratiam, & exemplis & doctrinis informari.

 Quos

Quos benigne tractans & pro eorum statu salubriter exhortans post auditionem verbi Dei cum gratiarum actione singuli in domum suam sunt reversi. Illis autem abscedentibus mox brevem admonitionem habuit: *Periculosum est magnatibus & secularibus loqui & conjungi. Non expedit divitibus blandiri, nec arctiora convenit eis dicere. Ideo oportet, ut homo caute praevideat, quid talibus loquatur, ne scandalizentur in aliquo verbo levi, vel actu indecenti. Habent enim oculos super nos apertos ad considerandum gestus nostros propter bona quae audiunt de nobis. Stemus ergo super custodiam nostram; & demus bonum exemplum aliis, qui nos visitant & requirunt, qui tantum exteriora vident, & secundum haec de interioribus judicant. Quamvis in omnibus perfecti non simus, tamen praecavendum est, ne malum exemplum & occasionem scandali demus infirmis. Sed isti nimis benevoli sunt nobis, & hoc forte non expedit nobis. Melius est igitur ad locum pristinum redire citius, quia multi ibidem minus curant de nobis, & quidam derident nos, & obloquuntur. Quod valde proficuum est, & ad Deum magis redire compellit.* Hæc ille.

Eodem anno circa D. Jacobi sex honestæ personæ Hildegardis Mathiæ, Petronella Andreæ, Agnes Petri Hoffelaers, Bertradis Gerardi Knops, & Deliana Gosuini in cœnobium Agathense se contulerunt, ut ibi Deo & religioni operam darent. Accesserunt huc Vindelmodis de Sambrine & Clemens ex conventu Agnetensium, ut eas disciplinam omnemque pietatem docerent. Creata est prima mater Vindelmodis prædicta, factusque est earum pater spiritualis Joannes Lemogensis, de quo supra mentionem fecimus.

Anno 1402. sæviebat pestis Amorfortiæ.

Anno 1403. celebratæ sunt Amorfortiæ primum feriæ visitationis Divæ virginis.

Anno 1404. recipitur conventus Agathensium ad ordinem

poe-

pœnitentium tertiæ regulæ D. Francisci, in quo permanserunt quinquaginta annos.

Anno 1405. exiit ex conventu Divæ Agathæ Sophia Alberti, & se transtulit in nosocomium D. Petri, ut ibi ministraret infirmis. Promiserat conventus Agathensis, si virtuti studeret, & sequeretur Confessarii sui consilia, nil sinerent ei deesse.

Eodem anno Pœnitentiarii tertiæ Regulæ Campi Andreæ ab episcopo Frederico sunt confirmati, & a Capitulo Amorfortio admissi, quando & episcopus Amorfortiis hoc anno libertatem a vectigalibus per Ducen injunctis concedit.

Anno 1407. initium accepit Conventus D. Hieronymi Hulsbergæ prope Hattem hoc modo. Erant duo laici Joannes de Wit & Joannes Bande ex domo fratrum Swollensium homines pauperrimi. Ædificabant interdiu domunculam in myrteto donato eis ab Henrico Benninck. Noctu texebant. A vicinis potum mendicabant. Postea duo alii laici missi sunt & unus clericus. Anno 1411. constitutus est primus pater Dn. Rutgerus Zon procurator Swollanus. Qui conventus ex tam modicis initiis illud incrementum accepit, ut uno tempore, taceo de reliquis, quatuor patres inde Amorfortiam mitterentur, scilicet Gerardus Hemen secundus pater fratrum, Johannes Augustinus Mechliniensis quartus pater Agnetensium, Johannes Rotterdamensis quartus pater Barbarissarum, & Henricus Zon pater Agathensium.

Anno 1408. erigitur sacellum conventus Agathensis.

Circa Annum 1409. Wilhelmus sextus Dux Bavariæ XXIV. Comes Hollandiæ societatem contraxit cum Amorfortiis, & civitatem multis insignibus privilegiis decoravit. Habebatque hanc civitatem tanquam locum commodissimum expugnandi Geldros. Quare Dn. de Arckel magister equitum Geldrorum & Clivensium arcem Hoiflac etiam fortibus militibus munivit. Sed D. Hubertus Regulus [a] Caldburganus, D. Johannes

Infra ad Ann. 1420.

[a] Culenburganus.

 Via-

Vianensis, D. Arnoldus de Leyenborch equites & Præfecti Hollandici cum insignibus copiis militum profecti sunt, ut præsidiarium militem ex arce Hoeflacena pellerent. Verum illi statim ubi hunc rumorem audiissent fuga sibi salutem invenerunt. Hollandi igitur arcem demoliuntur & incendunt, perguntque Neoclesiam, atque ibi multas ædes absumunt incendio.

Hoc anno 1409. Amorfortii cum Eembrugganis, Duystensibus, Zeldertiis, & Harensibus ad instantiam Frederici episcopi foderunt aggerem Spakenburgensem.

Anno 1410. Dux Geldriæ transegit & fecit pacem cum Amorfortiis.

Eodem anno promiserunt literis Barenses civitati Amorfortiæ se ei auxilio futuros, quandocunque vocati fuerint, civesque Amorfortios eodem loco quo suos habituros.

Anno 1413. Wilhelmus Bavarus Palatinus Rheni omnem immunitatem a vectigalibus Amorfortiis in suis ditionibus contulit.

Anno 1415. septimo Idus Februarii admissus est a Capitulo Conventus S. Agathæ & Agnetis, erantque ambo Conventus tunc temporis Pœnitentiarii tertiæ Regulæ D. Francisci.

Eodem hoc anno in vigilia S. Laurentii sollicitante magistratu Pœnitentiarii Campi S. Andreæ per Fredericum episcopum facti sunt Canonici Regulares. Et quia defecerant in ordine Pœnitentiariorum viri sancti cupiebant etiam Andreani regulam auctenticam, & Præsides, qui in necessitatibus eis possent opitulari.

Anno 1416. in præcedente Divi Bernardi in Campo D. Andreæ quatuor professi sunt regulam D. Augustini & religionem Windesemensem, atque investiti sunt.

Anno 1417. Amorfortii propriis expensis cum Ultrajectinis D. Jacobam filiam Wilhelmi Ducis Bavariæ 25. Comitis Hollan-

landiæ juvant in capiendo Yselsteyno & Gorcomio contra D. de Arckel Herculanum, ubi insigni potiti sunt victoria & præter cæsos plus minus mille capti. Quapropter & D. Jacoba seorsim Amorfortiis publicis literis gratias agebat eosque collaudabat.

Anno eodem instabant Consules Amorfortii precibus apud fratres Campi S. Andreæ, ut propter periculum hostium, qui civitatem se obsessuros minitabantur alium locum habitandi eligerent. Offerebant illis locum in suburbano solitarium, aut Sacellum S. Johannis, ubi clerici translati ex domo retro nosocomium D. Petri degebant. Sed quia Magister Henricus Caerman Amorfortius Canonicus Daventriensis prædium suum in Bircta illis præsentabat ea lege, ut in die Parasceves Amorfortiæ perpetuis temporibus distribuerent octo uncias argenti, eam conditionem receperunt.

Anno 1419. magna bella excitata sunt inter Hollandos & dioecesanos. Et quamvis Ultrajectini cum Amorfortiis pacem pepegerant, non tamen libere & impune poterant per Hollandiam proficisci & mercaturam exercere. Obstabat Joannes Egmondanus cum suis. Atque Joannes Dux Bavariæ, qui tutor & defensor esse & haberi volebat Hollandiæ, & Frisiæ nomine Dominæ Jacobæ naturalis Principis. Præterea idem Dux Joannes inierat fœdus cum Duce Gelriæ Reinero, ut si aliqua via Amorfortiam posset occupare sibi eam vindicaret, suoque Ducatui annumeraret. Quare Ultrajectini cum Amorfortiis profecti sunt ad Ducem Brabantiæ maritum Dominæ Jacobæ expostulatum de injuriis Johannis Bavari & Reineri Geldri, atque auxilia sibi mitti obnixe petierunt. Sed re nulla impetrata abierunt. D. Jacoba libenter auxiliares manus præbuisset, sed non licebat ei. Invocabant igitur episcopum suum Fredericum Blankenheim & Transiselanos. Qui non segniter auxilia contulerunt. Duravit hoc bellum biennium. Al. Reinaldo.

An-

Anno 1420. indicebat bellum Episcopo, Ultrajectinis, & Amorfortiis, D. Jacobus de Gaesbeeck, Dominus de Wyck, qui armato milite statim incendebat pagos Amerongen, Doern, & Seist. Eisdem indicebat bellum Reinerus Dux Gelriæ, Adolphus Dux Montis, D. Theodoricus de Moers episcopus Coloniensis, & Comes Fredericus de Moers ejus frater, Otto Episcopus Trevirensis, Episcopus Monasteriensis, & D. Hubertus Culenburganus. Indicto bello statim Geldri in agros Amorfortianos populatum excurrerunt. Quod ubi in civitate rescitum est, confestim oppidani effusi sunt sine certo ordine, ut pecudum spolia cohiberent. Sed quia præcipitanter proruebant, in insidias Gelrorum inciderunt, itaut multi cæsi multique capti essent. His auditis Dux [a] Reinerus repente collegit multas copias ex superiori Germania, Saxonia, & aliis regionibus, ut cum Episcopo Monasteriensi obsiderent Amorfortiam. Hoc postquam Episcopus Ultrajectinus intellexit misit Amorfortiis præsidio quingentos & commeatum. Paulo post Geldrus obsidionem parare, & ad teli jactum prodire. Ibi ex oppido tormentis & arcubus horrendum jaculari & multos Orco dare. Instante nocte Prior S. Andreæ, in cujus cœnobio Dux hospitabatur, ibat in civitatem, atque usque ad Solis ortum inducias conciliabat. Ubi Geldrus cognovit civitatem præsidiario milite & commeatu munitam mittebat ex captivis Amorfortiis in civitatem, qui dicerent se sine pretio liberandos, Amorfortiosque libere profecturos, atque negotiationem in Gelria, Hollandia, & Zelandia exercituros, si vellent relinquere Ultrajectinos, & suas partes sectari. Hæc celeri nuntio accipiens Episcopus undecima hora noctis quingentis equitibus venit Amorfortiam, jussitque captivos exire. Intellecto episcopi adventu Geldrus vasa conclamat atque in Veluam retrocedit. Tunc Amorfortii cum Ultrajectinis comburunt proximos pagos Veluanos, Berneveldum, Neoclesiam, Scupram, Putten, Voorthusiam, Ermelam,

[a] Al. Reynaldus.

ſam. Capiunt caſtellum Erler. Poſtea vicum Edam incendunt & deinde Redechim & Roſendal.

Hoc anno fratres Campi S. Andreæ numero 21. tranſlati ſunt in Birctam.

Anno 1421. erant aliquot ſimplices ſorores Bunſchotii, quæ ibi vivebant ſub Paſtoris diſciplina. Hæ veniunt Amorfortiam ad Gerardum Scerprinck patrem Agnetenſium, petuntque, ut velit earum eſſe Confeſſarius. Quod & fecit. Circa hæc tempora receperunt tres Regulam S. Franciſci. Ut has doceret miſſa eſt ex conventu Agnetenſium Windelmodis Santbrinck, virgo pia & prudens, quæ prima earum miniſtra effecta eſt.

Ann. 1422. circa Johannis Baptiſtæ natalem ſorores Bunſchoticæ migrant Amorfortiam. Emunt parvas ædiculas & in ſumma paupertate vivunt. Accedunt Agnetenſes, ut D. Gerardi Scerprinck collationem & miſſas audiant, atque ab eo euchariſtiam accipiant. Deguntque ſub regula D. Franciſci annos ferme quinquaginta.

Eodem anno D. Godefridus Hemert ex domo & congregatione montis S. Hieronymi Hulsbergani adjunctis ſibi devotis presbyteris & clericis reparavit domum fratrum retro noſocomium, ibique vixit viginti duobus annis, & poſtea ob certas cauſas abjerunt habitatum juxta Sacellum Divi Johannis.

Anno 1423. admiſſus eſt a Capitulo conventus ſororum Divæ Barbaræ.

Anno 1425. Rodolphus Diepholtius electus epiſcopus Trajectenſis rejiciebatur a ſummo Pontifice Martino quinto eo quod ineruditus & laicus eſſet. Suffectus eſt in ejus locum Aſſuerus Culenburganus, qui contra Ultrajectinorum & Tranſiſulanorum adhærentium Diepholtio placitum Amorfortiæ receptus eſt, quemadmodum & Rhenis & in caſtro Horſtenſi. Qui & poſtea etiam Ultrajecti admiſſus eſt. Sed quia die inaugurationis in tumultu occiſus eſt Preys conſul, &

Episcopus imprudenter hoc facinus sibi voluit imputari, hinc majores excitatæ sunt tragœdiæ, atque Ultrajectini confœderati sunt Diepholtio, eumque ut Episcopum ageret quarto citarunt. Sed quia non comparebat ablata est eis suburbana ditio. Assuerus Culenburganus cum Domino Egmundano & hostibus Ultrajectinis Geldris Amorfortiam venit, atque ibi duo castella ædificat. Verum eodem anno circa omnium Sanctorum festum Diepholtius auxiliantibus nonnullis oppidanis ingreditur opidum, atque violenta manu capit duo castella illa, & simul capit D. Petrum Culenburganum Assueri fratrem, Johannem de Accoyen, Gosuinum van Rycken, Theodoricum Royum, & ferme ducentos alios.

Anno eodem 10. Octobris permittit Walramus D. Brederodius liberum transitum Amorfortiis per suas ditiones.

Anno 1426. 18. Octobris ejicitur ex opido Michael secundus præfectus monialium propter schisma prædictum. Multi ab adversariis male tractantur. Nonnulli occiduntur & spoliantur. Erat enim Amorfortia sub interdicto.

Hoc eodem anno erat in conventu Agathensium magna facta seditio. Veniunt ab Agnetensibus duæ sorores Margareta Leusdama ministra, & Bertradis graphæa, vulgo *Schryvers*, (quæ ministra fuerat) virgines prudentes, quæ sapienti industria sedaverunt motus subortos.

Anno 1427. Philippus Dux Burgundiæ, Hollandiæ, Zelandiæ, & Phrisiæ protector magno bello diœcesanos adortus est, eo quod episcopum Assuerum contra Pontificis Maximi mandatum expulissent, & quod D. Jacobæ Bavaræ auxiliares manus præbuissent. Cum jam maximis copiis ex Picardia, Flandria, & Hollandia contractis occupasset Bunschotium cum Domino Liliadamo magistro equitum obsedit Amorfortiam frustra. De qua obsidione sic scribit Jacobus Meyerus Baliolanus in Annalibus rerum Flandricarum *lib.* 16. *Philippus Burgundus obsidebat opidum Amorfortiam nomine, tum*

situ, tum defensoribus munitissimum. Cinctum erat muris densissimis fossisque perenni aqua stagnautibus. Hæc oppugnatio diu tenuit aspera & terribilis. Hic se exposuit Philippus magno periculo. Transivit aquam & fossas. Pugnabat sua manu in propugnatores, qui magno erant numero, & viri robustissimi pro patria, aris, focisque decertantes. Amisit hic Philippus Johannem a Bosco telo balistario interfectum cum aliis quibusdam nobilibus impigre dimicantibus. Coactus est autem receptui canere, seque ob ingens periculum ob opido retrahere. Hæc ille. Erant tunc in civitate ferme trecenti coctores cerevisiæ, qui lebetibus ad mœnia comportatis aquam polenta coctam bullientem in hostes effusam misere comburebant. Extant adhuc vetera obsidionis indicia suspensa usque ad nostra tempora in æde D. Georgii coram venerabili sacramento signa militaria. Solet gratitudinis ergo quotannis in vigilia omnium Sanctorum hujus victoriæ gratia solennis processio esse. Philippus Burgundio ne non impune damnum accepisse videretur Amsterdami grandem ædificavit navem, quæ instar arcis erat. Catum illi dixere. Hunc Catum per mediam hiemem in Amisio, seu ut Mejerus scribit, Emma fluvio locat, quo sic ingressum & egressum diœcesianis intercluderet, eosque insigni damno afficeret. Ultrajectini contra hanc machinam in ripa Amisii extruxerunt arcem, qua multum incommodi navi intulerunt. Sed quia hiems erat acris gelu se remittente etiam navis solvebatur, & prora cœpit esse ubi puppis erat. Tunc Hollandi cœperunt timere, ne vi glaciei navis latera quaterentur atque dissolverentur, atque ita naufragium facerent. Hoc tempore Bunschotium solo æquatum est eo quod admissis Hollandis paulo ante hostium partes secuti fuissent.

Anno 1433. 6. Februar. confirmabat episcopus Diepholtius Amorfortiis privilegia.

Ann. 1434. feria secunda post Odulphi magistratus Capi-

tulo memorias ut vocant indulsit, eo quod pauci Canonici erant, & quod rari propter tenuitatem præbendarum residebant aut etiam residere cupiebant.

Ann. 1436. ultima Martii inierunt Ordines Ultrajectini fœdus, quod Diepholtium defensuri adversus Walramum de Moers, Concilium Basiliense, Archiepiscopum Coloniensem, & episcopum Monasteriensem, & quod Romæ contra eum ageretur.

Ann. 1439. Gerardus Scherprinck monachus Vredalensis Trajecti peste moritur, qui erat tertius pater & confessarius Agnetensium, primusque eis cohabitabat: Cadaver Trajecto ablatum ante summam aram apud Agnetenses sepultum.

Anno 1441. rursus teste Mejero Amorfortia a Philippo Burgundione obsessa, adeoque graviter defensa, ut amisso quodam nobili viro retrocedere Dux coactus sit, & obsidionem relinquere. Quo anno conchæ, *mosselen*, cum eorum collectioni vectigalis quoddam genus impositum esset, apud insulam non comparuerunt, & postquam sublatum esset tributum rursus advenerunt.

Anno 1442. admissus est a Capitulo conventus D. Johannis.

Anno eodem ut scribit Johannes Gallus Momardiensis, scribit & breviter Wilhelmus Heda Præpositus Arnhemensis, venit Gertrudis Arnoldi Neoclesia Amorfortiam, ut susciperet apud Agnetenses religionem. In itinere deliberabat secum, quid ageret cum statua Divæ virginis, quam inter alia solam secum portabat. Cum appropinquabat portæ Campensi cogitabat dedecus fore, si talem statuam, tam exiguam, quæ infantis pedem vix æquaret, secum in cœnobium portaret & sororibus exhiberet. Ex tali subrustico pudore & stultitia conjecit statuam in torrentem. Quæ eodem anno ibi inventa est. Cum audiret multa miracula, quæ in sacello Divi Judoci per talem statuam quotidie fierent, ejusque formam audiret, &

quo-

quomodo inventa esset, humiliter confitebatur se imprudenter eam statuam in aquam projecisse.

Inventio statuæ hoc modo facta esse prædicatur. Erat eo tempore honesta mulier Margareta Alberti Gysen filia, quæ Divæ virgini ardenter serviebat. Hæc circa natalem Domini ter admonita est in somnis ut surgeret, atque extra portam Campensem iret, & ibi ex aqua congelata extraheret statuam Divæ virginis, quæ nec descenderet in fundum, nec in labentis aquæ dilaberetur profluvium. Quæ cum narrasset hanc rem hero, est delusa ab eo, quasi somnia narrasset. Illa tamen ivit haustum aquam in eo loco, ubi nunc puteus est. Paululum contracta glacie videt statuam humiliter, sumit, atque domum portat, ponit in promptuario, atque ante statuam ponit candelam ardentem, quæ triduo diutius arsit solito. Quæ ubi exposuisset Confessario, ejus suasu in vigilia natalis Domini tradidit statuam Confessario. Hic in feriis Divi Stephani Prothomartyris portabat in sacellum Divi Judoci. Unde postea tot edita miracula, tantusque factus concursus hominum, ut ex donariis exædificatum sit splendidum templum, atque turris altissima, atque aliquot prædia sint coempta.

Anno 1447. ollaris dispensatio elemosynarum in pauperes domesticos originem accepit.

Anno 1448. nocte Blasii Episcopus Diepholtius cum annum Trajecto absuisset, atque ab Ultrajectinis hostis judicatus esset, ope Reguli Henrici Montfortii & Assueri Culenburgani atque Amorfortiorum præcipue, ut episcopus testatus publicis literis, Ultrajectum cepit facto foramine inter portam Albarum virginum & obtusam turrim. Atque intrantibus multis ab iis confracta porta & aditus episcopo cum suis patefactus. Sed quia Ultrajectini episcopum cum Monfortio vulnerarant, eosque retrocedere coegerant, actum fuisset, nisi Amorfortii per viam Minoritarum episcopo suppetias tulissent, atque ita civitate potiti fuissent. Capti sunt D. Jacobus

de Gaesbeeck cum aliis quam plurimis. Libertate donatus est Gaesbecanus, intercedente Domino Johanne Lanojo Præfecto Hollandiæ, Zelandiæ, & Phrisiæ, ea lege quod episcopo resignaret Wicam, Dorestatum, Abcoudam, cum duodecim millibus aureorum retento sibi usufructu.

Anno 1455. fiunt Augustinianæ sorores, quæ erant Agathenses, eo quod visa sit regula Divi Augustini probatior.

Hoc anno incendium magnum in nova civitate a Trajectensibus apud portam Trajectensem excitatum. Causa mali erat acceptio exulum Trajectensium. Episcopo veniente Trajectenses abscedunt.

Eodem anno defuncto Rudolpho Diepholtio episcopo permultum contentionis natum est in electione novi episcopi. Duravit ea calamitas annos sex.

Anno 1456. Trajectenses contra Amorfortios extruunt Amisianum præsidium, cui præficiunt Wilhelmum de Wie cum aliquot præsidiariis militibus. Intercedente Antonio Burgundione notho fratre Davidis omnia pacata sunt. Hoc anno contra electionem D. Gisberti Bredenrodii obtinuit Davides Episcopus Morinensis a summo Pontifice Calixto provisionem in Episcopatum Trajectensem. Quapropter nonnulli ex Amorfortiis, Rhenensibus, & exulibus Trajectensibus profecti sunt in Hagam Comitis, & cum Philippo Burgundione & ejus filio illegitimo Davide de eo in episcopum recipiendo transegere. Quod & Amorfortiæ, Rhenis, & Horsti factum est. Unde secuta est pacificatio, quod Gisbertus Bredenrodius electus Episcopus Trajectensis pro cessione haberet Præposituram ædis Basilicæ S. Salvatoris & Sancti Donatiani Brugis, atque ex episcopatu quotannis quatuor millia ducentos aureos Rhenenses, quoad viveret, & pro expensis quinquaginta millia aureorum Leonum.

Anno 1457. abierunt Amorfortii Harlemium impetratum ab episcopo Davide potestatem censendi & exigendi tributa

&

& vectigalia a sacerdotio. Missi erant Nicolaus Iperus Consul, Gerardus Noltwius Scabinus, & Wilhelmus Pardis a secretis. Sed in Bilta Trajectensi, ubi crux lapidea erecta fuit, a Walravo naturali filio Bredenrodii propter quædam scommata a Prætore jacta Consul & Scabinus occisi sunt.

Hoc anno 29. Maji Constantinopolis a Turca invaditur. Moritur D. de Gaesbeeck. David episcopus accipit possessionem civitatis Wicanæ & arcis, eamque in præstantiorem formam reformat.

Anno 1458. Capitulum & magistratus concordant cum fraternitate Divæ virginis & Agnetenses accipiunt a Senatu potestatem publicam viam includendi sub cœnobio.

Anno 1460. Dux Arnoldus Geldrus, Anno 1462. D. Reynoldus Bredenrodius cum Amorfortiis pacem faciunt.

Anno 1462. feria quinta post Magdalenæ intercessione Civitatum Transisulanarum Amorfortii paciscuntur cum Episcopo Davide.

Anno 1466. schisma oritur inter fratres Hulsberganos, eo quod alii volebant fieri Benedictini, alii servare susceptam religionis simplicitatem.

Anno 1470. ex Barbarissis XL. numero professæ sunt religionem Augustinianam.

Anno 1472. in Majo Minoritæ Observantes venerunt primum habitatum Amorfortiam, & exceptæ sunt hospitio ab Anna Hanneken Valcken vidua devota. Postea Prior S. Agathæ eos fovit. Hinc migrarunt in ædiculam retro nosocomium ubi fratres habitaverunt. Postremo parvum cœnobium ædificant, ubi nunc habitant. Sed incendio absumitur post x. annos. Ita ut anno 1494. multo excellentius & melius templum & cœnobium extruxerint.

Anno 1473. tam ardens erat æstas, ut multæ silvæ ultro accenderentur.

An-

Ann. 1475. exigit Senatus Amorfortius a clero & Conventibus censum jugerum.

Anno 1476. emitur urna vini ovo.

Anno 1477. talis erat Amorfortiæ inundatio, qualis nunquam ante visa.

Anno 1479. Cellitæ Amsterdamenses emunt locum habitationis in Haga Amorfortia. Anno 1492. extruunt sacellum.

Anno 1481. 23. Septembr. causas non invenio, forte ob exactiones negatas, Episcopus Davides collecto exercitu cum Domino Yselsteynensi, D. Wilhelmo Egmundano, Everardo de Wilpen, Johanne de Catz, & Petito Zalizaert cum multis Gasconensibus abit abactum boves Amorfortios, positis insidiis, siquis Amorfortiorum impedire vellet. Illi vero audientes agi suos boves effusi sunt civitate magno numero. Cumque inconsiderate insidias prætergressi essent hostes exurgunt, atque ex civibus centum cædunt, ducentos capiunt, & Wicam ad episcopum mittunt. In Octobri Harlemenses & Amsterdamenses cum civitatibus mari vicinis & pagis Occidentalis Phrisiæ navigiis id agunt, ut Ultrajectinis & Amorfortiis ingressum & egressum adimerent, omnemque marinam negotiationem tollant, annonamque in arctum cogant.

Anno 1482. Alexianæ per Capitulum admissæ.

Anno 1483. Henricus Nyveldius & Gisbertus cum amicis & fautoribus Amorfortiis profecti Amorfortia Trajectum ceperunt. In captivitatem ceperunt præter diœcesanos 125. Hollandos. Quibus actis Dux junior Engelbertus Clivensis tanquam tutor diœcesis venit Amorfortia cum omnibus amicis Amorfortiis Trajectum, atque statim præparatis equis & curribus episcopum Davidem currui imponunt & Amorfortiam vehunt, ubi apud Agathenses a D. Reynero de Broeckhusen captivus detinetur. Quare Maximilianus Dux Burgundiæ & Austriæ cum magno exercitu Trajectum obsidet, &

cum

cum Hollandis multos pagos circa Amorfortiam incendio vastat & populatur: Et quum deficiente annona Trajectenses de pace agere per intercessiones cœperunt, etiam Amorfortii miserunt homines egregios legatos, qui cum Duce & Episcopo pacem facerent, ipsum quoque episcopum cum insigni honestoque comitatu in castra Austriaca duxerunt. Quæ res Maximiliano gratissima fuit.

Anno 1484. nocte Vincentii quidam exules ante tres annos ejecti cum Domino Johanne de Wassenaer & militibus cccc. clam urbem irrumpunt neminem cædentes, capto solum nobili viro Gerardo de Vroin. Præcipui civitatis abeunt in Cliviam ultro exulatum.

Anno 1487. Maximilianus Romanus Rex salutatus audiens Capellum & Bernardum de Wese cum suis velle occupare Amorfortiam imperat Adolpho Comiti Nassovio Præfecto Geldriæ, & Frederico Egmundano, ut Amorfortiam defendant. Hoc anno in vigilia Matthiæ Apostoli positus est primus lapis novi templi D. Agnetis.

Anno 1489. 8. Martii concedit Jaspar Dominus Culenburgi Amorfortiis salvam frequentationem in suis ditionibus, ut & anno 1490. fecit in Veluana ditione Johannes Egmondanus Comes.

Anno 1491. erat gravissima annonæ caritas & plaga nimium sæva, ita ut onus seu lasta, ut vocant, emeretur 70. florenis. Quæ caritas duravit annos decem. Hoc anno 9. Martii Fredericus Badensis episcopus pronuntiat sententiam de Pastore præsentando a Capitulo Civitati & ejus arbitrio assumendo.

Anno 1492. modius tritici Amorfortiæ emptus sex florenis Rhenensibus cum dimidio. Secalis fœni quinque.

Anno 1495. secundo Idus Martii hora quinta Geldro obsidente Neoclesiam magnum incendium Amorfortiæ excitatum tertiam partem civitatis consumpsit. Combustæ sunt

trecentæ ædes, triginta domus coctorum cerevisiarum. Minoritarum cœnobium quoque deflagravit. Quo tempore & Geldri in civitatem irruerunt putantes defensores extinguere incendium, & se jam sine negotio civitatem capturos. Sed viri relictis mulieribus & paucis aliis, ut ignem sopirent, ipsi mœnia tutati sunt, Geldrumque abire coegerunt.

Anno 1496. congregatus est copiosus exercitus a quatuor nobilibus, & vulgo dictus *de Groote gaerde*, aut potius *magna virga* Dei, qui multa mala passim his regionibus intulit, & postea circa Bacchanalia in Dithmarsia concisus est.

Anno 1498. Dux Geldriæ Carolus dat Amorfortiis octennes inducias.

Anno 1503. in profesto Divi Petri ad vincula comburitur Harderwica cum omnibus templis, sacellis, cœnobiis, igne cœlitus dimisso, eoque inextinguibili. Remanserant solum 20. aut 30. ædes. Perierunt plures quam mille homines. Ceteri coacti sunt fugere extra civitatem relictis omnibus.

Anno 1508. ipsis Calendis Januariis concedit Carolus Dux Gelriæ Amorfortiis multa privilegia in Geldria.

Anno 1511. Trajectenses bellarunt contra Yselsteynenses. Unde usque in hodiernum multæ iniquæ exactiones in jugera a Trajectensibus institutæ sunt.

Anno 1513. ut habet testimonium Gerardi Soest, ut alii, sequenti anno XIV. die Agapeti Walterus Smallingus miles Clivensis, propter quosdam exiguos reditus, quos emerat a vidua quadam, eique debebat civitas Amorfortia, combussit in Hoochlandia plures quam 43. villas, atque tota illa æstate civibus multum damni intulit.

Anno 1519. 18. Junii eligitur Carolus quintus Romanorum Imperator, qui postea factus est dominus ditionis Ultrajectensis.

Anno 1520. ipsis Idibus Junii altera Odulphi tempore vespertino rursus grave incendium excitatum fuit Amorfortiæ.

Com-

Combustæ sunt quadringentæ triginta ædes. Periit cum puero mulier. Hoc incendium a [a] Brabantis, ut ajunt, excitatum. Comburebantur duæ domus apud forum, Canonicorum immunitatum domus, Schola, & aliæ domus circa templum. Unde flamma corripuit domos Campenses, Conventum, ollam. Mansit tamen sacellum ollare intactum.

[a] M. brantis.

Anno 1522. Philippus Burgundus Davidis frater fit episcopus Trajectensis, cui Gerardus Listrius Rhenanus, trium linguarum homo, Rector scholæ Amorsortiæ scripsit gratulatorium carmen. Inter alia scribit:

Amorfortanam jam quis rogo laudibus urbem
Extulerit dignis, opibus censuque beatam
Mygdonio, sed Martigena celsaque juventa
Præcipue claram.

Anno 1524. electus est Henricus Palatinus Canonicus Coloniensis, episcopus Trajectensis. Ipso Galli Amorfortiæ inauguratur. Hic IV. annis diœcesi varia fortuna præfuit usque ad illud tempus, quo ab Ultrajectinis exclusus eam in domum Burgundicam transtulit. Qua tempestate Episcopus sensit incredibilem in Amorfortiis obedientiam & fidelitatem cum indicibili prudentia. De quibus locupletissimus testis est Lambertus Hortensius quondam Gymnasiarcha Amorfortius in VII. libris Secessionum Ultrajectinarum.

Anno 1528. pridie visitationis virginis Mariæ per equitatum Henrici Palatini episcopi & sexcentos Amorfortios & quosdam exules Trajectenses Trajectum capitur.

Anno eodem tertia Novembris Comes Hoochstratanus post factam translationem civitatis & approbata privilegia per Carolum Cæsarem Imperatoriis literis & sigillis confirmata nomine Imperatoris inauguratur. Jacta quinquies aurea & argentea missilia è domo Senatoria.

Ann. 1629. 11. Maji D. Dermontius Præfectus Trajectensis fugat ex Conventu Divi Johannis fratres bonæ voluntatis

 suf-

suspectos ob hæresim & introducit Regulares Vredalenses.

Anno 1532. ipsis animarum feriis erat talis tantaque aquarum marinarum inundatio, quanta hominum memoria non fuerat. Multæ civitates cum hominibus absorbebantur.

Anno 1536. nocte Iduum Septembrium Carolus Dux Geldriæ Amorfortiam proditione capere tentabat. Sed Deo retegente proditionem frustra laborat. Quatuor ex proditoribus gladio cæsi. Duo fuga lapsi. Quam rem longo carmine elegiaco Ludolphus Pythopeus Gymnasiarcha describit. Ex quo pauca referam:

Quid frustra insidiis Amorfortia tecta Sycamber
Et cives misera perdere clade petis?
Anne vides Dominus quod mœnia nostra tuetur,
Nec patitur nobis arma nocere tua?
Indiciis variis moveor, signisque probata
Jam gravibus, ratio causaque certa subest,
Cur tibi spes nulla est, quod jam potieris in ævum
Mœnibus his, tibi quæ mille petita modis.

Anno 1540. omnes aggeres in Emlandia & Gelria rupti vi ventorum. In Hollandia & Zelandia infiniti homines & pecora submersa, domusque eversæ.

Anno 1542. Sacellum S. Annæ ob quædam miracula a Capitulo admittitur.

Anno 1543. præsidiarius miles cum tribuno Johanne Weerdensi a Neoclesianis sternitur. Paulo post ipsis feriis Translationi Divi Martini sacris a Martino Rossemo nomine Ducis Clivensis obsidetur, & quinto post die deditione capitur. Quam rem multi Poetæ & historici memoriæ tradiderunt, & inter illos Hieronymus Faletus, Hercules Ferrariensis apud Venetam Rempublicam Orator, Levinus Crucius Boscopianus, & Petrus Apherdianus Rector Harderwicanus. Levinus Crucius sic habet:

Tu spolium Rossi Martini Amsfortia robur
Hollandis dira proditione jaces.

Hæc deditio majoris servitutis fuit fons & origo.

Ann. 1544. Imperatorio nomine Amorfortiis novæ leges imponuntur & præscribuntur.

Anno 1547. Cellitæ cesserunt cœnobium suum Birctanis, & migraverunt in ollam. Eodem anno tacta est fulmine turris Divæ virginis & fastigium conflagravit.

Anno 1549. in Octobri venit Philippus Caroli Quinti filius insigni comitatu Amorfortiam abiturus in Geldriam. Exceptus est ibi ab omnibus minoribus civitatibus & vicis ditionis Trajectensis tam insigni pompa, ut nil supra. Gratulatus est ei adventum Latino carmine & soluta oratione Johannes Oudryns Gymnasiarcha.

Anno 1550. torrens a Tuccardis ad transvehendos respites fossus.

Anno 1551. Orphanotrophium a Catharina Somers 500. florenis annumeratis erectum est.

Anno 1554. Antonius Mindenus officialis Archidiaconi Trajectensis cœpit jus instituendi Vicarios a Capitulo Divi Georgii ad Archidiaconum novo more multum reclamante Capitulo avertere.

Anno 1557. intolerabilis fuit annonæ caritas, ita ut in Martio quarta pars modii siliginis empta sit coronato & postea duobus Philippeis, ipsis feriis Pentecostes duobus daleris & postridie florenis. Prudentia & humanitate Consulum fiebat, ne passim pauperes fame perirent. Secuta tamen pestis est, ex qua ferme DC. homines mortui sunt.

Anno 1558. In Majo poma nostratia carissima fuerunt, ita ut unum plus valeret sex arantiis, & emeretur quibusdam in locis stufero.

Anno 1559. 17. Novembr. actum est de omnibus pauperibus totius Civitatis subveniendis. Inventa est major liberalitas

tas opulentiorum, quam esset pauperum egestas. Sed per quosdam malevolos hoc pium opus turbatum est.

Ann. 1568. circa Pascha initium habuit Seminarium pauperum seu schola Dominica in Sacello Spiritus, & paulo post officinæ texentium & nentium.

Anno eodem 29. Octobris obiit Constantinopoli Orator Imperatoris Maximiliani Albertus de Wys & sepultus est in marmoreo mausoleo Peræ, quæ hodie Galata dicitur, apud Franciscanos, homo longiori seculo dignissimus.

Anno LXX. moritur Gratiæ in Stiria D. Stephanus Lamens primarius medicus Archiducis Austriæ Caroli.

Anno eodem nocte feriarum animarum fuit maxima omnium aquarum inundatio, in qua infiniti mortales perierunt, pecora, domus, aggeres maximum damnum acceperunt.

Anno 1571. iterum cœpit agi de subventione pauperum sed incassum.

Anno 1572. duæ mulieres pepererunt singulæ tres pueros. Multæ gemellos.

Nono Martii interdicitur Gelris ne frumentum importent.

XXIV. Julii Zacharias Glissenbergius Comitis Bergensis nomine dedi sibi postulat Amorfortiam. Altera die rursus deditionem postulant. Qua negata præda onusti abscedunt.

XXVII. Julii nocte circa horam secundam obsident civitatem undecim vexillis. Quassant portam Campensem & turres frustra.

Vigesima nona Julii recedunt relictis aliquot occisis. Hactenus nulla mutatio in religione facta erat.

Decima sexta Augusti non parva simultas fuit inter cives ob legatos missos invitis bonis ad paciscendum cum Comite Bergano. Quare boni maxime propter evocationem Ducis Albani abeunt Trajectum. Alii quidam Arnhemium.

Novembris vicesimo die sub noctem Geusii metu Regii exercitus post occupatam Zutphaniam abscedunt Amorfortia.

An-

Anno 1573. 3. Februarii fuit gravis tempestas & inundatio. Butyri globus faciens tres libras emitur 14. stuferis. Libra candelarum sebacearum sex stuferis cum dimidio, ut multi pro sebaceis uterentur cereis. Hoc tempore cœpit magna cura haberi pro Clinicis 12. Domus Clinicorum habuit initium. Paulo post Gerontotrophion Venerabilis Sacramenti.

ILLUSTRES VIRI

Oppidi Amorfortii tot quot vix unquam ulla regio dedit.

Ecclesiastici. D. Wilhelmus Henrici juris consultus, insignis Gymnasiarcha, & postea Rector primus fratrum bonæ voluntatis Amorfordiensium. Tandem Antistes totius Ordinis tertiæ Regulæ Divi Francisci.

D. Helias Cancellarius Basiliensis, cujus & libros vidi.

D. Jacobus artium liberalium & sacræ Theologiæ Professor doctissimus, Præses Bursæ Laurentianæ, & Pastor S. Johannis Baptistæ Coloniensis, cujus extant Commentaria in Meteora Aristotelis. Epitaphium scripsit Rodolphus Langius Canonicus Monasteriensis, & inter alia scribit:

Hunc terris Amsforda dedit virtutis alumnum
Doctrinæ columen nunc tenet astra pius.

Recentiores, qui nostro tempore floruerunt, & etiamnum aliqui florent, Ecclesiastici. D. Marcellus Lentius Primas Conventus & societatis Canonicorum Regularium, & Augustini Windesemensis cum permultis Prioribus, Gardianis, Bernardinus Walmor, & Jacobus Walmor, & multorum Conventuum Gardiani, cum Patribus, Pastoribus, Concionatoribus, quos causa brevitatis omitto. Pater Antonius Brigidensis, Pater Marcellus Zutphaniensis, Pater Jacobus Hasselensis.

a *Politici.* Albertus de Wys, Orator Imperatoris Ferdinandi & Maximiliani apud Turcarum Imperatorem, homo multarum linguarum & summæ prudentiæ, qui in postremis suis literis 19. Martii anno 1568. ita scribit Adrianopoli ad Mag-

a Hujus mentio fit *epist.* 3. Augerii Busbequii.

Magnificum Dominum Stephanum Lanchum artium & Medicinæ Doctorem Caroli Archiducis Austriæ protophysicum: *Quod longo tempore ad Magnificentiam vestram nullas literas dederim in causa fuerunt nubilosa tempora, quibus impeditus ad Magnificentiam vestram & reliquos amicos scribere non potui. Totum enim hoc triennium michi fuit nigerrimum. Faxit Deus ut in posterum multi anni succedant candidiores. Fui circumdatus laboribus & difficultatibus assiduis, quos tamen Omnipotentis Dei auxilio hactenus non sine multorum admiratione præsenti animo sustinui atque superavi. Sed revera sub hoc durissimo jugo ita sum defatigatus, ut sub Christiano Principe aliquot annorum quiete ad reficiendas vires opus habeam. Hæc regio non carneos sed adamantinos homines postulat, qui quotidianas molestias devorare & instar struthionum ferrum continuo digerere valeant. Nos hic inter sacram Cæsaream Majestatem & Serenissimum Turcarum Imperatorem denuo pacem fecimus, quæ Cæsareæ Majestati atque universæ Reip. Christianæ feliciter cedat. Et jam spem bonam habeo juxta gratiosam Cæsareæ majestatis promissionem me ex hac laboriosa Ægypto propediem liberatum iri. Ego indesinenter sollicito & absque intermissione Cæsareæ majestati, ut faciat misericordiam cum servo suo, supplicare non desinam, Magnificentia vestra quoque oblata bona oportunitate apud Serenissimum Archiducem Carolum pro me intercedere non gravabitur, ut ex hoc legationis onere, quo tot annos durissime premor, jam tandem substituto mihi successore sublevari queam. Quod ut faciat majorem in modum oro. Arbitror me reducem fore ante finem hujus anni. Tunc volente Deo de rebus omnibus & multis mundi mirabilibus colloquemur. Utinam Turcicam potentiam vidissent Principes omnes Christiani atque cognoscerent, felicior fortasse esset Reipub. Christianæ status.* Similia propemodum scripsit ad Theodoricum de Wys fratrem suum.

suum. Wilhelmus Vonalius jurisconsultus legatus R. M. Hispaniarum ad Regem Daniæ & Comitem Frisiæ Orientalis, Otto Egmundanus Satrapes Sallandiæ, Primas Transisulanæ Provinciæ, Cornelius Vermatius, Franciscus Bottius, & Joannes Botterus Consules Ultrajectini.

Jurisconsulti, Doctores, Licentiati. Joannes Frinckius Præses secreti Consilii Regis Hispaniarum & Cancellarius ordinis Aurei velleris, Præpositus.

D. Thomas Sosius Procurator generalis & Consiliarius Curiæ Trajectensis.

D. Joannes Ridderus Professor ordinarius Duacensis, D. Allerus Achteveltius, D. Paulus Swartius, D. Wilhelmus Lamens & frater ejus Laurentius Lamens, Livinus Botterus a secretis opidi Amorfortii, Henricus Zylants Advocatus in Curia Trajectensi, Jacobus Westrhenus, Joannes Westrhenus, Henricus Botterus Snellenbergius, Paulus Busius, & Cornelius Duverdus, Simon Bohisius filius Rumoldi a secretis Principis Parmensis, Jacobus Sosius Advocatus in Curia Gelrensi.

Medici. D. Stephanus Lanchus Ferdinandi Imperatoris medicus & Archiducis Austriæ Caroli Protophysicus. D. Wolterus Veenmannus medicus Lantgravii Hassiæ. D. Godefridus Stegius medicus Neomagensis. D. Everardus Meerselo medicus Bremensis, Everardus Schaickius, & Rodolphus Tollestock Medici Amorfordienses. D. Georgius Drosselmus medicus, ni fallor, Siculus, D. Franciscus Dordracenus, D. Paulus Andreæ.

Poetæ. D. Michael Isseltius. D. Gerardus Achteveltius. *Grammatici.* Cornelius Brinckenus Rector montis Winoci, Johannes Gesselius Gymnasiarcha Amorfortius, Albertus Chiniarchus, Arnoldus Godefridus Wenchemius, Richardus Hesius, multarum linguarum, Renchardus Hallerus, trium præcipue linguarum, Petrus Hugo Minorita, P. Theodoricus Embrugganus martyrio affectus Brilæ.

NOTÆ

ET

OBSERVATIONES

AD

AUCTOREM INCERTUM.

Pag. 157. SI *civium animi.* Allusio est ad vocem. Quæ in jure etiam frequens: *l. 35. §. 1. ff. de donat. l. 1. pr. ff. de novat. pr. Inst. de testam. ord.*

A tenuissimis. De eo non dubito. Nobilis olim familia Dominorum de Amersfoert. Nobile etiam prædium. A quo haud dubie ei nomen Buchel. *ad Hed. hist. Ultraj. p.* 176. Pauca primum, ut sunt parva plerumque initia magnarum rerum, circà id ædificia. Aucta ob loci commoditatem, & ita paulatim aucta, ut evaserit tandem urbs. Dixi supra ad *cap.* I. Et nihil certius quam quod dixi. Diffusa admodum ea gens. Ex qua & Domini de Stoutenburch & Domini de Wede. A castris dicti sic a prædiis. Nam & ipsi de Amersfoert. Et de Amersfoert etiam dicti, si plures ejusdem domus. Unde & Simon de Amersfoert in charta Ann. 1304. Gertrudis de Amersfoert in Anniversario monialium Vallis S. Mariæ prope urbem Ultrajectum ad VII. Kl. Sept. Walterus etiam ipse, cujus supra jam memini ad Theod. Verhoeven, plures sibi agnatos & consanguineos innuit haud obscure in charta adhuc inedita, quæ in manus postea demum venit, qua is Comitis Gelriæ vasallum ligium se facit, & aliorum intuitu, & intuitu, quod mireris, etiam castri de Stoutenburch. Charta ita se habet: *Nos* Walterus *miles dictus* Amersforde *præsenti scripto protestamur, quod bona nostra Emelar & in Rynsborst, quæ valebant ducentas libras Holl. Dn. Ottoni Comiti Gelrensi in allodium contulimus obtinenda, quæ ab ipso titulo feudi recepimus, & eidem Comiti & suis heredibus nos & nostri heredes tanquam ligii homines fideliter serviemus contra quoscunque dominos terrarum præter ecclesiam Trajectensem. Nullus vero heredum nostrorum hereditabitur in bonis prædictis, nisi ille qui castrum nostrum Stoutenburg possidebit. Filius vero noster in dictis*

bonis

bonis hereditabitur. Nos autem & heredes nostri dictum castrum tenentes cum eodem castro prædicto Comiti suisque heredibus contra omnes dominos præter ecclesiam Trajectensem fideliter serviemus, & elegimus omnia bona quæ ab ipso Comite tenemus amisisse, si conditiones præscriptas non observemus, & eadem bona ad ipsum Comitem & suos heredes libere esse devoluta. In testimonium hujus rei & robur præsentes literas sigillo nostro fecimus roborari. Datum anno Domini CIↃ. CC. LXIII. *post Dominicam Invocavit me. Geextraheert uyt het Leenregister van Gelderlant; geauthentiseert by Dibbitz Griffier, ende gecommuniceert aen den Heer Buchel by den Heer Fiscael Weede.*

Henrici memini etiam supra, inter testes in charta Willebrandi episcopi Ann. 1228. Sed ibi error in numeris. Pro *p.* 113. scribendum *p.* 163. Idem postea adhuc occurrit, aut forsan alius ejusdem nominis, cui quæstio cum Capitulo S. Ioannis, super sylva de Vuerse, in Theodorici episcopi charta adhuc inedita Ann. CIↃ.CC. IV. Et ut obiter adhuc addam hoc quod ad Dominos de Weede. Corrasi, legi, evolvi multa. Occurrit hactenus adhuc nihil; ex quo vel leviter suspiceris, quod dubia olim unquam eorum nobilitas. Cœnobia sunt Ultrajecti, quæ nobilibus tantum patent. Receptæ etiam in hæc passim qui ex ea familia. Ex S. Cæciliæ MS. qui annum continet, quo monialium quæque obiit, Anniversarium vulgo vocant. Supra ad cap. 1.

XV. *Ianuar. Maria van Wede onse Moeder* 24. *jaer, Ann.* 1601.
XXIV. *Ianuar. Bartholomeus van Weede onser Susteren Vader, Ann.* 1584.
VI. *Febr. Gysbertgen van Weede, Ann.* 1567.
XIX. *Mart. Wendelmoet van Wede onser Susteren Moeder, Ann.* 1534.
XI. *Iunii. Henrick van Wede twee ons Susteren Vader, Ann.* 1541.
XXI. *Iul. Mr. Ian van Wede Canonick ten Dom* 2. *ons Susteren broeder, Ann.* 1585.
VIII. *Novemb. Gouda van Wede twee ons Susteren Moeder, Ann.* 1566.
Duve van Wede onse Suster, Ann. 1542.

Legaten by testament gegeven.

Bartholomeus van Wede ende Wendelmoet sijn wijf een ons Susters Vader ende Moeder LXV. *gulden, daer voor gemaeckt een Brudse aen onse Kap. Noch hondert gulden om voor te bidden.*

Alibi occurrit etiam Herman van Weede defunctus Ann. 1541.

Duas cauponas. Certi de eo nihil. Certius quod nomen ab Emi fluminis trajectu. Amisfurt, Hemesfurt, nam & ita interdum dictum, eodem modo quo Francfurt a Francorum trajectu. Gunther *lib.* 1. *vers.* 178.

nam Teutonus incola dixit
Franconefurt: nobis liceat sermone Latino,
Francorum dixisse vadum.

Ditmar. *lib. 7. Chron. in fin. Franci a nostris devicti, cum flumen Moenus dictum, sine aliqua vadi certitudine, palantes transire cogerentur, cervam praecedentem, & divina miseratione quasi viam eis demonstrantem subsequuti optati littoris securitate potiuntur laeti.* Satis constat alioquin, quam interdum nonnulli ludant in originibus vocum, ut qui Mediolanum, verbi gratia, deducunt a porco,

Lanea qui medio portabat vellera tergo.

Gunther. *lib. 2. p.* 100.

Sacro monte. Extructo monasterio *sacer* qui olim Hohorst. Anonymus quidam monachus in vita S. Anfridi apud Henschenium *to. 1. SS. Maij: Est collis Heiligenberg tribus millibus a Trajecto distans, undique circumclusus: una ex parte flumen limosum, reliquum spatium perpetua palus eademque latissima ambiendo omnem aditum excludit.* Ab accolis etiam dictus mons S. Mariae. Arnoldus Wion in *martyrol. monastic.*

Anno millesimo &c. Sic diploma, quod Buchelius ad Hedam habet in notis, quod dotem continet monasterii, & quod ipsius Anfridi est: *Actum est hoc publice coram idoneis testibus in Basilia S. Mariae Sanctique Martini in Hohorst, ipso die dedicationis ejus, id est, XIV. Kal. Decembr. Anno ab incarnatione Domini M. VI. Indict. IV. Regnante Henrico secundo, Imperii sui anno V.*

Teisterbandorum. Ioan. a Leydis *lib. 4. hist. cap. 12. Comitatus vero Teysterbandia continebat in se Bommelrewaert, Tielrewaert, & terras de Arckel, de Heusden, de Haltena, de Vianen, de Culenburch, de Buren, usque ad antiquam Mosam.* Vetustissimus Comitatus, & qui in Regni divisione cum Carolus Calvus & Ludovicus Lotharii fratris sui regnum dividerent, cessit Ludovico, Ann. DCCCLXX. VI. Id. August. ut est apud Goldastum *to. 3. const. imper. p.* 218. & in Annal. Bertinian. ad Ann. jam dict. modo ibi pro *Commentestebant*, quae vox non est nauci, *Comitatum Testrebant* legas, ut est apud Goldastum. Meminit Otto Tertius charta Ann. DCCCC. XCVIII. qua ecclesiae Trajectensi donat *omnem districtum super villam Bommele*, & *quicquid in jam dicta villa ad publicum bannum sive districtum pertinere visum est in Comitatu Unrochi Comitis in pago*, inquit, *Testerbantia dicto situm, insuper quicquid Poppo filius Walgeri habuit in ministerium in eodem Comitatu & in villa Arclo proprietario jure habendum* &c. Heda hist. Ultraj. p. 95.

Brunissantium. Leg. *Bratuspantium.* Sigebert. ad Ann. 997. *Clarebat hoc tempore inter Gallos Ansfridus, qui cum fuisset Comes Bratuspantium &c.*

Ioan.

Ioan. a Leydis *lib.* 9. *cap.* 2. *Hic de nobili genere Caroli magni progenitus fuerat primus Comes Hoyensis, Teysterbantia, Bratuspantia, & Dominus de Haltena.* Chronicon Magn. Belgic. *Defuncto Balduino Pontifice, Ansfridus de domo Bratuspantia, Comes Lovaniensis vel Hoyensis (ut prius dixi) qui prius de seculari Comite clericus attonsus erat &c.* Bratuspantes Brabanti sunt. Sigebert. ad Ann. 1012. *Heinricus Imp. Godefridum Ducem cum exercitu in fines Bratuspantium mittit ad obsidendum castrum Lovanium, sed inefficax redit.* Brabantia olim *Brachbant*, *Bracbante*, ut in vita S. Huberti est *part.* 2. *cap.* 4. *Bracbantum*, ut in Annal. Bertinian. ad Ann. DCCCLXX. *In Bracbanto Comitatus quatuor &c.* Pagus Bracbatensis, ut apud Sigebert. ad Ann. M. LIX. *In pago Bracbatensi juxta Tornacum.* Magnam olim Hannoniæ magnam Flandriæ partem occupans. Et ideo *juxto Tornacum.* Ab Alosto, Gandavo, etiam supra Tornacum & Condatum extensa. Annal. Bertinian. *d. loc.* Lipſ. *Lovan. lib.* 1. *cap.* 13. Ioh. Robert. *ad vit. S. Hubert. p.* 175. Henschen. *prav. comm. ad vit. S. Anfrid.*

Prope Amersfortiam. Non meminit quidem loci Anfridus in iis tabulis, quibus dotem monasterio, de quo sermo, constituit. Meminit tamen non diu post Imp. Conradus in charta, qua dotem auxit, & quæ anni CIↃ. XXVIII. est. Meminit etiam Bernulphus episcopus Trajectensis in charta Ann. 1050. qua similiter monasterio quædam prædia adhuc donat. Neutra hactenus adhuc visa. Utraque se habet ita:

In nomine sancta & individua Trinitatis. Notum sit omnibus fideliter & pie viventibus, Qualiter ego Bernoldus *Trajectensis sedis episcopus in meridiana plaga ejusdem urbis construi feci monasterium, inprimis in honore Dni nostri Ihesu Christi, nec non gloriosissima Genitricis ejus Maria, & beatorum Apostolorum Petri & Pauli, meique patroni specialis sancti Martini, ea scilicet ratione, ut inibi fratribus monachis sub sancti Benedicti regula vivere cupientibus hujus vita nec desint necessaria. Unde Dei nostrorumque fidelium universitati tam præsentibus quam posteris notum esse volumus, qualiter ego cum Abbate ejusdem loci Adelberto bona eidem monasterio ad usum monachorum inibi Deo servientium a prioribus Episcopis videlicet* Ansfrido *&* Adelboldo *collata, per nostrum Episcopale praceptum confirmamus, ut nullus Successorum meorum ullam habeat potestatem quolibet modo abalienare & inde milites suos beneficiare. Hac sunt ea bona, qua ab Ansfrido eidem coenobio sunt collata, atrium* Trihele *cum omnibus suis familiis & omni procinctu & districtu, ut nullus ibi Comitum vel Advocatorum prater Abbatem habeat potestatem, ita ut omni tempore tenuit & possedit absque ullius contradictione, Regalique stipulatione & manu traditione illi consensimus, & in Fughte dimidium thelonei, & moneta, & foresta in Rumelo,*

Ex adversariis viri Nobilissimi Adriani van Winsen, Domini de Hoencoop, ubi ita in margine: Ex libro in pergameno sanctæ Mariæ, nunc apud D. Theodericum de Ronesse a Wilp.

mela, & quartam partem sylvæ in Ooterholt. Præter hæc tradidit in villis Zoys & Heze quatuordecim mansos cum mancipiis & omnibus appendititiis acquisitis, vel acquirendis, & novale quoddam in Hohorst. *Addidit etiam has ecclesias cum placitis universis Rethem, Loesden, Sandtwich, Hamerten.* Hæc *est donatio* Adelboldi *episcopi ad supradictum cœnobium, videlicet omnia prædia, quæ sibi Adela Comitissa dedit, atrium Lienne cum omni procinctu, & districtu in novalibus, sylvis, pratis, aquis, aquarum decursibus, Windesheim, Hanterthe, cum omni familia, & juxta Merwede locum, qui vocatur Swyndrechtwere, & aream in eodem loco vocabulo Rotta, inter Mandram & Soys sex mansos & dimidium, & tres in Testerbant, quos Comes Theodericus sibi dedit ad placationem, & in Twentha atrium Hulst, decimationesque in Daventria & Gerlo de suo aratro, & unum mansum in Oesterbeke & Eleste decimationem, & unum mansum in Vellepe, decimationem & unum mansum in Seyst, & Amersfortha decimationem. Sed & ego contuli eidem loco dimidium mansum in Loesden, & duodecim areas eidem monasterio adjacentes, & locum quendam supra Rhenum situm vocabulo Papendorpe. Hæc bona data eidem Cœnobio denuo sub anathemate confirmamus. Et ut hæc confirmatio stabilior perseveret hanc cartam sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Acta sunt autem publice coram ydoneis testibus Roberto Minvemerden Verdensi episcopo, & Albrico Osnabrugensi episcopo, & Hugone Advocato, & aliis multis in Basilica sanctæ Mariæ sanctique Pauli Trajectensis, ipso die dedicationis ejus, id est, sexto Calend. Iulii, anno ab Incarnatione Domini millesimo quinquagesimo, indictione tertia, Regnante Henrico tertio Imperatore secundo, anno duodecimo.*

In nomine sanctæ & individuæ Trinitatis. Conradus *divina favente clementia Romanorum Imperator Augustus. Ad præsentem prosperitatem & æternam spem sibi profecturum putat, quisquis ecclesias Dei vel a fundamento locat, vel a perversis dirutas redintegrando locupletat. Quæ copia cum maxime Regibus & Imperatoribus præsto fuisset, ex quo Christianæ religioni colla subdiderunt, pium & rationabile nobis videtur nil ab his deminuere, quibus credimus antecessores nostros sibi æternam requiem promeruisse. Unde Dei nostrorumque fidelium universitati tam præsentibus quam posteris notum esse volumus, qualiter dilectus noster* Bernoldus *Trajectensis episcopus cum Abbate suo Wernherio de cœnobio Stæ Crucis Dei Genitricis Mariæ & beatorum Regiorum Apostolorum Petri & Pauli æternam Celsitudinem nostram adierit humiliter obsecrantes, ut bona eidem Cœnobio ad usum monachorum inibi Deo servientium a primitus Episcopis* Ansfrido & Adelboldo *collata per nostrum Imperiale præceptum eorum usui confirmaremus. Quorum petitioni pium, sicut justum erat, assensum per hibentes ob interventum & petitionem dilectæ Conjugis nostræ Giselæ Im-*

pe-

peratricis Augustæ, & Henrici unici filii nostri Pannoniorum Ducis, ideo infra scripta bona eorum usui per hoc Imperiale præceptum firmissime confirmamus, Præcipientes ut nullus dehinc episcopus ejusdem Sedis ullam habeat potestatem quolibet modo alienare vel inde militibus suis beneficiare. Hæc sunt ea bona, quæ ab Ansfrido eidem cœnobio sunt collata, atrium Tribele cum omnibus ejus familiis, & cum omni districtu, qui ad illud pertinet, & dimidiam Thelonarii census in Fugthe & quinque ecclesias sitas in loco Heimonle, Reden, Sandwich, Hamerte, Loisden, inter villas Heze & Zoys quatuordecim mansos cum omnibus familiis. Hæc *autem donatio* Adelboldi *ad supradictum monasterium, videlicet omnia prædia, quæ sibi libere Adela Comitissa dedit, atrium Lienna, Windesheim, Hamerthe, & juxta Merwede jacet unus locus, qui vocatur Swyndrechtwere habens in longitudinem & latitudinem decem miliaria & dimidium, in Mandran & in Zoys sex mansos & dimidium, in Twentha atrium Ulft, tres mansos, quos Comes Theodoricus sibi dedit ad satisfactionem; unam ecclesiam Rotta, decimationesque Daventriæ, de suo atrio de Gezze, de Oesterbeke, de Eleste, de Vellepe, de Seiste, de Amersforde, & tres mansos, unum in Daventria, secundum in Eleste, tertium in Vellepe, Hæc bona data vel in posterum danda præfato cœnobio denuo confirmamus. Et ut hæc nostra confirmationis auctoritas stabilis & inconvulsa omni tempore permaneat & perseveret, hanc cartam inde conscriptam manuque propria roboratam sigilli nostri impressione jussimus insigniri. Signum Domini Conradi invictissimi Romanorum Imperatoris Augusti. Dadricus Cancellarius ad vicem Aribonis Archicapellani recognovi. Data tertio Nonas Februar. Indictione undecima, Ann. Dominicæ incarnationis millesimo vicesimo octavo, anno autem Domini Conradi secundi regnantis quarto, Imperii quinto. Actum Trajecti feliciter Amen.*

Dignum autem quod notetur, quod simulac villæ mentio, mentio etiam Dominorum ejusdem nominis, quo villa. Nam ut de aliis non dicam, vixerunt anno Christo CIↃ. L. Rotardus de Amersfoert & ejus frater Winricus, ut ex chartis notavi supra:

Cellulam. Monasterium. Cella idem quod templum. Liv. *lib.* 27. *Negabant unam cellam amplius quam uni Deo recte dedicari, quia si de cœlo tacta, aut prodigii aliquid in ea factum esset, difficilis procuratio foret.*

Divæ virginis. Ab ea etiam ei nomen, quia ei inprimis sacra, ut testis Ansfridus ipse in charta apud Buchelium ad Hed. *in not. Notum sit*, inquit, *omnibus &c. Qualiter ego Ansfridus licet indignus Trajectensis episcopus in loco qui vocatur Hohorsta ædificari præcepi cellulam, inprimis in honorem Dei nostri Iesu Christi constructam, nec non gloriosissimæ genitricis ejus Mariæ, sed & BB. Apostolorum Petri & Pauli, meique Patroni specialis S. Martini &c.*

Un-

Unde & quod in monte, *nunc S. Mariæ.* Arnoldus Wion in martyrologio monastico; *Trajecti, S. Ansfridi episcopi & Confessoris, qui relicto episcopatu monachus effectus est in monte S. Mariæ, quod propriis sumptibus non procul ab Amersfordia opido sub regula S. Benedicti construxerat.* Ei inquam inprimis; nam solemne id Pontificiis pluribus dedicare non tantum templa, sed & aras, sub aris plurium etiam conditis Sanctorum reliquiis. Et satis de eo constat. Nulla olim ecclesia quin haberet altare. Nec altare olim ullum destitutum reliquiis. Sine his nec religio nec dedicatio olim ulla. Gesta Aldrici Cenomanensis episcopi apud Baluz. *lib.* 3. *miscell. cap.* 2. *Fecit quoque atque sacravit jam dictus Pontifex in superiori & in dextra parte ipsius ecclesiæ aliud altare in honore S. Stephani & S. Vincentii, & sancti Gervasii, sanctique Privati, sive S. Quirini, atque S. Naboris, nec non & sancti Nazarii martyrum Christi, & in eo decenter eorum reliquias collocavit.* Vulgo etiam adscribebant, cujus essent reliquiæ, nequis forsan deinceps error. Eadem Gesta *cap.* 3. *Nomina super ea eorum sanctorum, in quorum memoriis ea consecravit, desuper adscribere jussit, quæ & adhuc per singula altaria inserta singillatim & distincte a diligenter investigantibus reperiri hodierna die queunt.* Add. *cap.* 18. *ibid.* Anastas. Biblioth. *de vit. Pontific. in Ioann.* IV. Ioan. Diacon. *de vit. S. Gregor. lib.* 4. *cap.* 80. Orderic. Vital. *lib.* 10. *hist. p.* 777. Helgald. Floriacens. de vita Roberti regis apud du Chesne *to.* 4. *hist. p.* 73. Et hinc non mirum, quod locus nomen interdum mutet, ut cœnobium id, verbi gratia, quod S. Mariæ alii, S. Pauli vocat Heda. Quod & deinceps retinuit etiam postquam translatum.

Dryrle. In Anfridi tabulis est *Thrile*: Nullus autem dubito, quin aut sermo de Tiela, aut de Driel apud Bommel. Ioan. a Leydis, *lib.* 9. *cap.* 2. *Is Comes Anfridus solitus erat residere in territorio suo Driel apud Bommel, quia erat Dominus fere illius insulæ &c.* Add. Chron. Magn. Belg. ad Ann. DCCCCXCIV.

Testerbantinensi. In Anfridi tabulis est *Testerbantensi.*

Videlicet 1008. Lambertus Schafnaburgensis 1010. *Anno*, inquit, 1010. *Ansfridus Trajectensis episcopus obiit. Cui Adelboldus successit.* Miræus Ann. 1009. Beka ita ut Auctor hic, adjecto obitus etiam die; V. inquit, *Nonarum Maji.* Sic in veteri anniversario S. Salvatoris: V. *Nonas Maji. Inventio S. Crucis.* ☉ *Ansfridus episcopus, qui contulit ecclesiæ beati Martini & nobis bona apud Wesemale & Tongerlo in Westerlo & Oelne cum eorum appenditiis. Pro quo dantur hic* XX. *ß. de Reynerscop & fiet compulsatio.* Meminit Sigebertus ad Ann. 997. *Clarebat etiam hoc tempore inter Gallos Ansfridus, qui cum fuisset Comes Bratuspantium, non minus justitia quam potentia secu-*

lari

bori famosus, deposito militiæ cingulo tonsuratus in clericum, eo provectus est, ut ordinaretur episcopus Ultrajectensis ecclesiæ.

Dominum de Lochorst. Lochorst curtis, seu prædium, non procul ab Amisfurto. Unde & Dominis ejus nomen. Familiam nobilem & antiquissimam Buchelius vocat ad Hedam *in not. p.* 325. Media ipsis jurisdictio. Nec angusta hæc sed satis ampla, ut constat ex chartis. Ex quibus etiam hoc constat, quod cum alibi jus dictum, tum in curti de Lochorst. Et ibi mulcta olim dicta & a reis exacta, ut Amisfurti in judicio adductis testibus comprobatum præsentibus Hermanno Dompselaer judice & Iacobo Botter Graphiario anno 1517. Sed curtis temporis progressu feudum Abbatis S. Pauli Trajectensis. Et exemplum in promptu, quo in feudum data & accepta jam Ann. M. CC. LIII.

Heidenricus *Dei gratia Abbas monasterii S. Pauli in Trajecto universis præsentia visuris. Salutem in Domino sempiternam. Noverit universitas vestra, quod nos curtim in Locborst cum omnibus attinentiis, quæ de jure ad eam spectare noscuntur, Adæ filio Adæ militis in Locborst bonæ memoriæ concessimus perpetuo in feodum tenendam a nobis, sicut jus infeodatorum existit, jurisdictione & decima in orientali parte ecclesiæ de Ema duntaxat exceptis. Renunciavit enim Iohannes miles de Locborst & sui heredes omni juri, quod eis in dictis bonis competere poterat, vel habebat, salvo in omnibus jure ecclesiæ nostræ, Præsentibus hominibus nostris scilicet D. Goswino de Rotbem milite, Baldwino de Drile, Thoma de Cattenbrouck, Theoderico dicto Erlewin, & aliis quam pluribus. In cujus rei testimonium præsentem literam ipsi Adæ contulimus sigillo nostro & D. Goswini roboratam. Nos vero alii testes, quia sigillis caremus, nos his præmissis interfuisse, vidisse, & audivisse fatemur. Datum anno Domini M. CC. L. tertio, IV. Kal. April.* *Henricus* alibi invenitur. alibi *Heidenricus.*

Fuerat quæstio eodem anno de feudo inter hunc & ejusdem consanguineum Iohannem de Lochorst. Sed ut clarius intelligatur res paulo altius quædam repetam. Fuit ut accepi paulo ante Bernulphum episcopum Trajectensem, qui vixit circa annum CIↃ. XLVII. Adamus van Lochorst, sepultus cum obiisset in cœnobio S. Pauli, quod & S. Mariæ, extructo prope ipsius prædia, quæ in parochia de Leusden, ab Ansfrido episcopo. Translatus una cum saxo sub quo sepultus Ultrajectum cum eo monasterium transtulisset Bernulphus, loco monachis concesso, qui pomarium ejus olim, conditoque ibi templo, quod hodie adhuc extat, & cujus chori pars media Adami corpus continuit. Adami filius Iohannes fuit. Iohannis filius Adamus rursum duos ex se reliquit Adamum & Iohannem. Adamus qui erat senior ante patrem defunctus Adamum reliquit filium sub Iohannis patrui tu-

tutela. Qua finita de feudo inter eum & patruum statim quæstio [illegible]. Et quamvis Adæ jus fortius, cum filiis superstitibus in feudum fratres non succedant, diu tamen de eo lis, donec tandem inter partes episcopi interventu hunc in modum transactum:

Heinricus *Dei gratia Trajectensis episcopus universis præsentia visuris Salutem in Domino. Noverit universitas vestra, quod cum inter Iohannem de Locborst militem ex una parte & Adam consanguineum suum de Locborst ex altera longo tempore super terris, possessionibus, & aliis rebus diversis, orta fuisset materia quæstionis, tandem consanguineorum & amicorum utriusque interveniente consilio in hunc modum amicabiliter conquievit. Comparentibus itaque dictis militibus amicabiliter coram nobis dictus Iohannes renunciavit pure & simpliciter pro se & suis heredibus ad opus ipsius Adæ militis & heredum suorum area & curti in Locborst cum omnibus suis attinentiis & bonis in* Lusdun, *quæ tenentur in feudum ab ecclesia Trajectensi, & decima in Orientali parte Ema, & jurisdictioni in* Hese, *& in* Sose, *& in* Emminclare, *& omnibus jurisdictionibus ibidem ad curtim in* Emminclare *spectantibus, & jurisdictioni in Scarpensele cum omnibus jurisdictionibus ibidem attinentibus, & decima in* Woude, *quæ tenetur ab episcopo Trajectensi in feudum. Dictus vero Adam contulit in feudum curtim in* Colhurst *cum omnibus attinentiis liberis dicti Iohannis & heredibus eorum ab eo & suis heredibus sine exactione, quæ vulgariter* Heergewade *appellatur, optinendam. Siquod etiam damnum aut gravamen dicti liberi Iohannis aut eorum decessores per ipsius vel suorum successorum negligentiam aut malitiam forsan incurrerint, & hoc ipsis cum omni integritate refundent. Dictus etiam* Adam *contulit dicto Iohanni centum libras Trajectenses pecunia numerata, & . . . . ad æstimationem quinquaginta sex librarum. Dictus etiam* Adam *renuntiavit pura & simpliciter pro se & suis successoribus ad opus dicti Iohannis & suorum heredum jurisdictioni & decima in Orientali parte Ema, pro quibus persolvent dicti Iohannes & sui liberi quindecim solidos singulis annis in Cœna Domini pro annuo censu Abbati ecclesiæ sancti Pauli. Acta sunt hec præsentibus H. Abbate S. Pauli, Præposito Tilensi, W. Decano sancti Salvatoris, Goswino Rothen, Bodekino de Drile, Theodrico Harlemyn, Thoma de Cattenbroeck, Ricoldo de Colhurst hominibus dicti Abbatis, Giselberto de Goye, Ernesto de Wulven militibus. In cujus testimonium præsentem literam sigillo nostro, nec non sigillo Dn. F. Tilensis Præpositi, W. Decani sancti Salvatoris, Ernesti Wulven, Giselberti de Goye, eis dedimus communitam. Datum anno Domini CIↃ. CC. L. tertio in die cathedræ beati Petri.*

Ex

Ex utraque autem hac charta abunde id ni fallor patet, quod quæ accepta olim in feudum ab ecclesia Trajectensi, & accepta usque ad Ann. 1253. data adhuc eodem anno ab Abbate & Conventu S. Pauli in feudum. Habeo adhuc ex Abbatia exceptum quoddam quod continet, de quibus Domini de Lochorst ab ea olim investiti. Et quia & alia quædam meminit addam ut reperi. *Extract uyt het Leenregister van d'Abdye van St. Pauwels inhoudende de goederen, daer die van Lochorst met beleent sijn geweest:*

Eerst dat goet tot Lockhorst.

Item dat goet tot Lochorst *ende ter Wateringe met alle dat daer toebehoort, dat gerecht ende die thienden wilt ende tam, also dat van outs gelegen is tusschen Leusden ende Hamersfelt.*

Voert die thienden op het veen, dat gelegen is aen de Westzyde van der Eme *ende* Goylant, *tusschen Baerne ende Thomas Thienden van Cattenbroeck.*

Voert dat gerecht van Zoest, ende van Heese, van Blancelf tot op aen Kerckoerder wateringe, daer Everts gerecht van Stoutenburch keert. Voert aen Soesde Stapel, daer Heren Sweders gerecht van Abconde keert. Voert aen Stoetekeberg daer des Bisschops gerecht keert. Voerts tusschen de Hoernekamp ende den ouden wech, daer de Heerschap van Leusden ende van Heese scheyt. Voert om Warenburg tot aen de groene wech, die by Rustelberg nedergaet, ende van Overheese tot aen de groote Meeren. Voert van de nieuwe graft aen de Ridderveenen tot aen des Proosten gerecht van St. Iohans by der Vuyrse, ende tot aen die sloote daer die scheydinge gaet tusschen Soeslant ende Soestremaeth tot Barnevelt.

Voert dat gerecht Eminclaer *also als dat van outs gelegen heeft tusschen die maelschap van Colhorst ende dat gerecht van Hoefflaecken, ende tusschen Amersfoerder meente ende Seldrechter waerschap, uytgenomen tienden ende gerecht dat Heer* Wouter van Stoutenburch *van den Godshuyse heeft, ende Tideman de Coningh in haere nu besit, ende twee spint mouts koorns, ende twee havick hoenderen, die sy by haren seggen wanen dat haer eygen sijn, en diemen hem oft haeren Boden schuldich is te brengen in den* Hoff *tot* Eminclaere *op St. Willeboerts dach, als uyt den tween hoeven, die geheeten sijn* Liechlare.

Voert dat gerecht tot Scherpenzeel *metten broeck tot Rynschoten, ende met alle die goeden, die hem die seven . . . : . . . onderwinden, also verre als den Godshuyse aengaet van St. Pauwels, ende die thienden in den Oest tusschen de nieuwe graft, ende scheydinge van Soest en Baern.*

Ende alle dese voorsz goederen met allen dat daer toebehoort heeft Heer Adam van Lochorst *Ridder ende Heer Gerrit sijn soon met gesamender hant*

 ont-

ontfangen van Heer Ian de Klein *Abt tot St. Pauls, daer Godt de siel of hebben moet, ende van Henrick van Rykele die noch levet, in alle die rechten, daer Heer Adam ende sijn Ouderen van den Godshuyse haer toegebracht hebben.*

Manu alia hic adjectum: *Ende dese twee Abten hebben geleeft omtrent den jare dertien hondert, so men bevint in de oude Registeren der selver Abdye.*

In den jare dertien hondert ende vyff en twintich des Vrydachs na St. Martens dach in den winter heeft Heer Adam van Lochorst vercoft Heer Sweder van Abcoude Ridder dat gerechte van Soest ende van Heese, also als hy deselve van den Godshuyse van St. Pauwels te leen hielt.

Tres Adamo huic filii, Adamus, Gerardus, Gellius. Adamo mortuo ante patrem relictis duobus filiis Adamo scilicet & Arnoldo pater condidit testamentum filiorum suorum suasu, & ne unquam invicem ipsis lis hunc in modum disposuit:

Allen den genen die desen brief sullen sien of hooren lesen doe ick verstaen Adam van Lockhorst *Ridder mit kennisse der waerheyt, dat ick met vryen wille ende by raede* Gerardt van Lockhorst, *ende* Gillis van Lochorst *myne kinderen, ende andere myne magen om ruste ende vrede, ende eendrachticheyt te hebben tusschen myne kinderen voorsz, ende* Adam *van Lochorst ende* Aernout *sijnen broeder, geordonneert heb ende gemaeckt, ende wil dat* Adam *ende* Aernout *voornoemt gegoet sijn na mynre doot van myn goeden in deser maniere, als hier nae beschreven staet, ende wille, dat Adam ende Aernout voornoemt hier mede gescheyden sijn van myne voorsz. kinderen, ende vertyen van allen goede dat hem aencomen mach na myure doot. In 't eerste so wil ick dat Adam voorsz hebbe ende hebben sal na myure doot dat goet tot Lockhorst, dat goet tot Rutenbeeck, dat goet tot Wateringe, dat goet op Hamersfelt, ende te Leusden, dat goet dat geheten is* Emelaer, *ende* Drostelaer, *ende* Daetselaer, *ende dat gerechte van* Scherpenseel, *ende den tienden van Westerwoudt, ende den tiende ende gerechte van Seldrecht, also als dese voersz. goederen gelegen sijn met allen den rechten, die myn ouders ende ick in dese voorsz. goeden gebrocht hebben. Voorts so sal Aernout hebben uyt dese voorsz. goederen drie vierdel, also alse gelegen sijn op Hamersfelt, daer Iohan Botter op sit, ende vier vierdelen op Hamersfelt also alsse gelegen sijn aen d'een syde des weegs te Broeckweert. Voorts dat goet dat geheten is Emelaer, met water ende met weyde, met Bosch ende met heyde, also dat gelegen is, also dat Aernout voornoemt dit voorsz. goet houden sal in rechte broeder scheydinge, als tot een onversterffelyck leen, ende te verheergewaden met een sperwer. Voort so sal Adam voorsz jaerlycks geven Ionckvrou Clare sijn Suster die Nonne t' haren lyve also lange als sy leeft drie pont swarte tornoysen, eene goede Hollantsche voor twee penningen gerekent, die hy haer uytreycken sal uyt eenre hoeve Lants gelegen in Leusderbroeck, ende betalen alse die ene helfte tot sinte Martinis* ad cathedram

dram &c. *Voerts soe wil ick dat Adam ende Aernout voernoemt end geene van hem beyde dit voernoemde goet alst hiet voorsz. staet vercopen, oft wechgeven, versetten oft versellen mach, ten sy elck by des anderen wille, by synen consente, ende by synen rade, alsa lange als heur een van hem beyde leeft. Ende om dat ick* Adam *van* Lochorst *Ridder voornoemt wille dat alle dese stucken ende voorwaerden die hier voer beschreven staen vast ende stade blyven, ende trouwelick onderhouden worden van mynen kinderen, ende kints kinderen voorsz. ende heuren rechten erfgenamen, zo heb ick mijn segel voor aen desen brief gedaen. Ende wy* Gerardt *van* Lochorst *ende Gillis sijn broeder, Adam van Lochorst ende Aernout sijn broeder voornoemt, oerconden ende kennen dat alle dese voorsz. stucken by onsen vryen wille, ende by rade ons Heeren ons Vaders ende onse Oudevader voorsz., ende andere onse magen sijn gemaeckt om ruste ende om vrede ende eendrachticheyt te hebben onder ons ende onse rechte erfgenamen, ende geloven die trouwelyck t'onderhouden ende vol te doen, ende hebben des onse segelen an desen brief mede gedaen in oerconde der waerheyt. Voorts om die meerre vrientschap ende vestenisse deser dingen, soo hebben wy gebeden eersame luyden onse lieve magen Adam van Lockhorst Priestsr, Iacob van Lockhorst, Iohan van Liesvelt, ende Adam Soudenbalch, dat sy desen brief hebben mede gesegelt, Ende wy Adam van Lochorst presbyter, Iacob van Lochorst, Iohan van Liesvelt, ende Adam Soudenbalch hebben door bede wille Heeren Adams van Lochorst Ridders ende synre kinderen onse segelen mee aen desen brief gedaen in oerconde der waerheyt. Gegeven in't jaer ons Heeren* CIↃ. CCC. *seven ende twintich des Donredachs voor Palmen.*

Adami filius Adamus ætatem protraxit senex usque ad Annum CIↃ. CCCC. XII. quo tandem vita concessit, relictis duobus filiis Iohanne & Florentio, ut constat satis ex Archivis Trajectensium Carthusianorum, ex quibus chartæ hujusmodi:

Allen den geuen die desen brieff sullen sien of hooren lesen doen wy verstaen Adam van Locborst ende Dirck Zasse, dat wy voor ons ende voor onse erfgenamen als principale saeck wouden mit gesamender hant elck voor al ende ongesceyden geloeft hebben ende loven den Prior ende Convente van den Sartroysen by Utrecht die halve hoeve lants veens ende velts, alse alse gelegen is in Westbroeck in des Heeren gerechte van Zulen, ende ic Adam voorgenoemt den Prior ende Convent voorsz. overgegeven heb na inhouden des briefs die daer of is, jaer ende dach te waren na den rechte van den lande, ende alle voorcommer af te doen, uytgeseth alle argelist. In oerconde ende in kennisse hier af soo hebben wy onse segelen aen desen brief gedaen. Gegheven in't jaer ons Heeren CIↃ. CCCC. *ende* XII. *op St. Ians avont te midsomer.*

Wy Iohan van Lochorst ende Florens van Lochorst gebroeders doen kondt allen luyden ende bekennen mit desen openen brieve, dat Adam van Lochorst onse Vader ende wy binnen jaers na doode Ioncfrouwe Agniesen onse moeder, dier Godt genadich sy, van malcanderen claerlycken vertegen hebben van allen goeden ende erffenisse, dair wy tot deser tyt toe voorsz. in gemeenen boedel mit malcanderen in geseten hadden, uytgeset alle argelist. In oercunde ende in kennisse hier of so hebben wy Iohan ende Florens gebroeders voergenoemt onse segel uythangende aen desen brief gedaen. Gegheven in 't jaer ons Heeren dusent vier hondert ende twaelf des eersten Saterdags na St. Iohans dach ante portam Latinam.

Ex iisdem Archivis. Gellii filia Mabelia, cujus meminit charta Ann. 1367. *Allen den genen die desen brieff sullen sien ofte hooren lesen, doen wy verstaen Gysbrecht Canter Scoute, Iohan van den Spiegel, Bodyn de Witte, Wernaer Braem, ende Alfaet van Nyendale Scepenen t' Utrecht, dat voor ons quam in 't gerechte Ioncfrou* Bely Gillis *dochter van* Lochorst, *ende gaf daer over tot onsen antwoorde mit hoers gecoren mombaers hant, dair sy mit rechte ende mit oordele ane quam Ioncfrouwe* Lyzebetthen *ende Ioncfrou* Zwanelden *Gisenbrechts dochteren van* Stoutenburch *den erfpachtbrief, ende alle rechte dat sy dair ano hadde, daer onse tegenwoordige brief door gesteken is, besegelt mit onsen segellen, daer Ioncfrou* Bely *voorsz. met recht aingecomen was, ende loofde hem mede jaer ende dach te waren, ende alle voorplechten af te doen: Gegheven in 't jaer ons Heeren* CIↃ. CCC. *ende seven entsestich des Dynsdachs na onser Vrouwen dach Annunciatio.*

Alius deinceps Adamus, qui soboles praecedentium, circa Annum CIↃ. CCCC. XL. cujus filius Iohannes vivo adhuc patre de feudo eo anno ab Abbate investitus Saturni post Margaretae codicillis hujusmodi:

Aernt *by der ontbenckenisse Gods Abt tot St. Pauls t' Utrecht doen kont allen luyden, dat voor ons quam ende voer onse mannen, die hier na beschreven staen Adam van Lockhorst, ende droegh ons op, ende gaff ons over die Leenweer van Lochorst, alsa als hier na bepaalt staet, met den dagelickschen gerechte, daer aen de Oostzyde naest gelegen is Hamersfelder wateringe, ende aen de Zuydersyde een sloot, daer Ruwenbeeck, ende Lochorst mede gescheyden sijn tot aen die Meente toe, die tot Heyligenberge ende tot Lochorst keert. Ende dese Meente gaet langes den ouden Enghe aende Westsyde tot aen de sloot toe, daer dese voorsz. Meente ende Lochorst voorts gescheyden sijn tot aen de beeke toe, ende Zuydwest de beke langes tot aende sloot toe, daer off vertyende tot onsen behoef alse onse mannen wysden, dat recht was, ist dat wy onse vrye wille*

daer

daer mede doen mochten. Doe dat gedaen was rechtevoort so verlyden wy, ende verleenden dit voorsz. goet metten gerechten voorsz. Iohan van Lochorst Adams sone voornaemt te houden by ende syne nacomelingen van ons ende van onse Abdye tot een goet onversterffelijck ersleen, in allen manieren ende rechten, als Adam sijn vader voorsz, ende sijn Voorvaders van ons ende van onse Abdye gehouden hebben, ende elckermale sijns rechts. Hier waren over ende aen doe dit geschiede eerbare luyden ende mannen ons Godtshuys voorsz. Vrederick van Duckenburg ende Dirck Wynenssen, ende meer goede luyden. In oercunde des briefs besegelt met onsen segel. Gegheven int 't jaer ons Heeren dusent vier hondert ende veertich des Saterdachs na St. Margrieten dach.

Adamus nomen, quod in familia hac satis frequens. Nam & plures deinceps ejus nominis. Ut probem multis non necesse est. Addam tantum quod ad manum est:

Ick Vincent *van Lochorst attestere by desen voor de gerechte waerheyt voor ende jegens enen ygelijck die geene die dese mijne attestatie sullen sien oft hooren lesen, als dat mijn Vader Heer* Gerrit *van* Lochorst *Ridder sal. mem. in voorleden jaren voor omtrent vijf ofte ses en dertich jaren begeert ende ontboden heeft sijne vrinden, die by woonende had in den lande van Gelre, om hier binnen Leyden hem te comen besoecken, ende deselve voor sijn doot te mogen sien ende kennisse maecken, Soo sijn aldaer ter selver tyt gecomen ten huyse van mijn voorsz. Sal. Vad. twee* Adams *van* Lochorst, *die eene by hem hebbende sijnen soone out wesende tien ofte elf jaren genaemt* Henrick *van* Lochorst, *ende den anderen* Adam *hadde by hem sijn enighe dochter. Daer was noch eenen Dirck Vonck, die sijn moeder was een dochter van Lochorst, ende seyde mijn voorsz. Sal. Vader voor mijn Broeder ende my, dat hy deselve kende voor sijn vrinden, als mede gesproten uyt den huyse van Lochorst, ende van sulcker goeder afcomste als hy selver was. In kennisse der waerheyt heb ick Vincent van Lochorst ten versoecke ende vrüntlicke begeerte van mynen voorgenoemden neeff Henrick van Lochorst dese tegenwoordige attestatie met myns selfs hant ende name onderteeckent, ende mijn segel hier onder op 't spatium van desen gedrukt op den 29. dach Mey Ann.* XV^c. *tachtich. Onderstont: Vincent van Lochorst, ende onder den selven naem stont een root segel in rooden wasse gedruct. Hebbe het origінael meermael gesien, A. van Buchel.*

Ex Cornelia van Driebergen Gerardus duos habebat filios Wilhelmum & Vincentium. Wilhelmi uxor Catharina van Assendelft Theodorici de Assendelft equitis, Domini de Besoyen, filia natu major. Sed hæc ἄτεκνος obiit, postquam iterum nupta Christophoro van Wylick Domino de Gronsteyn, Ann. 1588. Alter Gerardi filius Vincentius van Lochorst,

fra-

fratris sui heres, contractis nuptiis cum Anna filia Roberti de Schoonhoven equitis, Domini de Wanrode, quatuor filios ex ea sustulit, quinque autem filias. Filii omnes impuberes & sine liberis obierunt. Filiarum Anna Gerardo nupsit ab Arckel, Domino de Amerzoyen Ann. 1690. 5. April. incendio domus de Amerzoyen, cum chartas & instrumenta conaretur eripere, cadente in eum trabe, infeliciter extincto. Cornelia nupsit Lubberto Turcq Domino de Heesbeen, sed defuncta etiam sine liberis, & Ultrajecti sepulta Ann. 1691. 29. Julii. Tertia ejusdem nominis Nicolao nupsit van Mathenesse van Wybisma, Domino de Haserswoude, consummatis cum eo nuptiis Ann. 1591. 17. August. Cum quarta contraxit nuptias Bernardus van den Bongardt Dominus de Nyenrode. Obiit Vincentius Ann. 1595. Ipsius uxor Ann. 1589. 2. Sept. in templo Regularium Ultrajecti sepulta ad boreale latus ipsius chori.

Pag. 158. *Sua bona contulerit.* Quæ illa? Vid. supr. diploma Conradi Imp. Cæterum Adelboldus Ansfridi successor.

25. *die Septembr.* Sic Codex quo usus sum. In veteri Chronico Agnetensi bis occurrit diserte, 15. Septembris: Anno 1248. *den* XV. *Septembris heeft Otto de III. Bisschop van Utrecht gewydt het Outaer in St. Ioris Kercke.* Item: *St. Ioris Kercke soude men mogen oordelen getimmert te sijn ontrent den jare 1248. dewijl men bevint dat Otto de III. Bisschop van Utrecht het hooge Outair in St. Ioris Kercke in den selven jare den 15. Septembris gewijdt heeft*, & mox: *So geseyt, en geloof t wort so is het eerste kerckjen, als Amersfoort noch geen Stadt en was, geweest t' H. Geest kerckjen aen de Langestraet by de plaets, nu de Vischmarckt.* Locus jam, ut dixi supra, divino cultui destinatus, etiam cum nondum urbs, sed simpliciter divino cultui. Nam qui in seculo XII. nulla adhuc ibi baptismalis ecclesia, aut cui jus sepulturæ, de eo etiam non dubito. Vid. supr. ad cap. I.

Episcopum Hollandum. Florentii Comitis frater hic, qui IV. ejus nominis, Filius Wilhelmi I. Secundi autem patruus, cujus etiam electioni, cum Principes Imperii crearent Regem, interfuit Ann. 1247. ut est apud Goldast. *to.* 3. *const. Imper. p.* 400. Vulgo Otto de Hollandia, Willebrandi successor. Beka & Heda *in ej. vit.*

Secundo Aprilis. Imo mensis præcedentis XXVII. Liber memoriarum majoris ecclesiæ Trajectensis; VI. *Kal. Aprilis obiit D. Otto de Hollandia, in cujus memoria dantur duæ libræ* X. *sol.* Ecclesiæ S. Salvatoris: VI. *Kal. Aprilis obiit Otto episcopus, qui dedit nobis areas super fossatum, de quibus agitur memoria sua, & parentum suorum deductis* XX. *solidis ad commemorationem omnium fratrum* VI. *Idus Iulii.*

Ex-

Extant literæ Latinæ. Literæ sunt hæ: *Nos* Henricus *Dei gratia Trajectensis episcopus universis præsentes literas inspecturis notum facimus, & tenore præsentium protestamur, quod nos considerantes & præ oculis non indigne cernentes fidelitatis obsequia, quæ dilecti fideles nostri Scabini, Consules, nec non universitas Opidi nostri de Amersfoerde nobis & ecclesiæ nostræ Trajectensi exhibuerunt hactenus, & adhuc exhibent cum omni diligentia & favore, ipsis Scabinis, Consulibus, & universitati, de nostrorum fidelium consilio tale jus, & talem bonam consuetudinem, qualem hactenus habuerunt, & insuper talem libertatem, & generale jus civitatense, quod vulgariter* Stadts reghte *nuncupatur, qualem vel quale dinoscitur habere nostra Civitas Trajectensis, præsentium literarum testimonio concedimus & donamus, eo duntaxat excepto, quod dicti Scabini, Consules, & Universitas Amersfordiensis nostra bella, quæ* Herevaert *dicuntur, peragerent, & sequerentur, sicut prius fecerunt. Cæterum etiam talis conditio est adjecta, quod quando nostra Civitas Trajectensis nostram solvit precariam, memoratum opidum de* Amersfoerde *ad hujusmodi nostram precariam solvere tenebitur decem libras Trajectensis monetæ. Ut autem hæ conditiones prædictæ memoratis opidanis de* Amersfoerde *super juribus, bonis, consuetudinibus eorum, & libertatibus tam a nobis nostrisque successoribus, quam ab aliis inviolabiliter perpetuo observentur, sub pœna excommunicationis universis districtius inhibemus, nequis opidanis super præmissis jus eorum infringere præsumat, quod siquis attemptare præsumpserit, excommunicationis sententiam se noverit incurrisse. In cujus rei testimonium & munimen sigillum nostrum præsentibus duximus apponendum. Actum & datum Amersforde Anno Domini* M.CC. *quinquagesimo nono in die B. Odulphi Confessoris.* Omnino autem notandum hic, quod non jam primum condat, aut non hac primum charta urbem faciat quæ jam erat. Eandem tantum libertatem & idem concedit jus, quod habebat Ultrajectum. Et cui quæso concedit? An vico, an pago? Non certe, sed (nisi dicas quod loquatur per prolepsin) opido expresse. Urbs ergo & jam ante. Quando autem incertum.

Wilhelmus episcopus. Wilhelmus II. hic. Oriundus Mechlinia, nam ex Dominis Mechliniæ, cognomento Bertholdus. Præpositus primum S. Petri Lovanii, deinde episcopus Trajectensis. Occisus Ann. 1301. Pont. Heuter. *lib. 5. genealog. Flandr.* Beka *in ej. vita.* Literæ ejus hæ sunt: *Nos* Wilhelmus *Dei gratia Trajectensis episcopus omnibus præsentes literas visuris & audituris notum facimus, & tenore præsentium protestamur, quod nos literas* D. Henrici *quondam episcopi Trajectensis nostri prædecessoris non cancellatas, non abolitas, nec in aliqua sui parte vitiatas, sed suo vero sigillo sigillatas vidimus in hæc verba; Nos* Henricus *Dei gratia Trajectensis episcopus &c.*

ita ut supra. *Et nos Wilhelmus episcopus praedictus easdem literas ipsis civibus de Amersforde & idem jus & privilegium in iisdem literis contenta concedimus. Datum apud Trajectum anno Domini M. CC. nonagesimo octavo in crastino nativitatis B. Ioannis Baptistae.*

Ann. 1317. Paulo ergo ante mortem. Nam obiit eodem anno. Liber obituum S. Petri: IV. *Kal. Iunii Ann.* M. CCC. *septimo decimo obiit Guido de Hannonia episcopus Trajectensis.* Majoris Ecclesiæ Trajectensis: IV. *Kal. Iunii Ann. Domini* M. CCC. XVII. *obiit Reverendus pater D. Guido episcopus Trajectensis, in cujus memoria dantur centum libræ bonorum, quas ministrabit Comes Hollandiæ, qui pro tempore fuerit &c.*

Guido episcopus. Frater Comitis Hollandiæ Ioannis de Avennis, patruus Wilhelmi Tertii, qui Ioanni successit. Chartas habeo ineditas, quibus ipse eum vocat fratrem, & Wilhelmum nepotem suum, Ann. scilicet 1302. Ann. 1305. 1309. 1311. 1316. &c. Guillelm. de Nangis apud d'Achery *to.* II. *Spicileg. ad Ann.* 1303. *in fin. Guillermus Ioannis Comitis Hannoniæ filius & Guido Trajectensis episcopus ejusdem Guillermi patruus contra Flandrenses, qui magnam partem Hollandiæ occupaverant, progredientes in prælio sunt devicti, capiturque Episcopus, sed Guillermus in quodam opido se salvavit.*

Consentientibus ecclesiis. Cui bono consensus hic? Haud dubie quia locus, qui jam arci destinatus, spectabat ad diœcesin. Eo autem quod spectabat non habebat episcopus alienandi potestatem sine ecclesiæ consensu, ut abunde id jam dictum *lib.* 2. *de Nobilit. cap.* 12.

Arcem in Stoutenburch. Stoutenburch etiam prædium Dominorum de Amersfoert. Non procul ab ipso opido. Sed ut Amersfoert progressu temporis, aut quod habebant ibi jus, sic & Stoutenburch venditum. Quando autem Amersfurtum plane id incertum. Constat Ann. 1132. dum Henricus de Amersfoert dicitur loci Scultetus in charta ejusdem anni, jam amissum Dominium. Quod ad Stoutenburch certum est. Cessit primum id episcopo Walterus de Amersfoert & postquam cessit ab eo rursum id accepit in feudum Ann. 1259. Deinde id Guidoni vendidit ad usus episcopatus Everardus de Stoutenburch Ann. 1315. Vendidit autem, quod notandum, & locum & castrum. Unde & sequitur quod Guido non tam castrum tum extruxit, ut vult Auctor in textu, quam refecit & munivit adversus hostium insultus. Feuda autem ad id spectantia, quæ haud dubie non pauca, (nam mille erant septem & quinquaginta agri jugera quæ eo pertinebant) Guido dedit Mariæ filiæ suæ nothæ, uxori tunc Arnoldi senioris filii Gisberti Domini de Yselsteyn. Guyota hinc unica tantum filia Ioanni nupta de Egmont fecit Dominos de Egmont etiam Dominos de Yselsteyn.

Ha-

Habebat filios Everardus Theodoricum & Everardum, filias Margaretam Clementiam & Rixam, fratres Henricum, & Rudolphum. De quibus supra ad *cap.* 1.

Donabat Guido episcopus. Ante annos quatuordecim jam defunctus quî potuit. ? Fœda ἀνιστορησία hæc. Non Guido est, qui donavit, sed Ioannes van Diest. Charta ejus hæc est: *Wy Iohan by der genaden Goits Bisscop t'Utrecht maecken cont allen luyden., dat wy gegeven hebben onsen lieven ende getrouwen Stadt van* Amersfoert *noch twee merckdage jaerlicks totter eenre, die sy hebben van onsen Voorvaderen Bisscoppen t'Utrecht, by rade ende consente Heeren* Aernts *van Yselsteyne ons Ambochtsmanne aldaer, ende geleyde goit ende vast allen Coopluyden ons Lands doore, die mercken te soecken, uytgenomen vredelosen luden, off die uyt onsen lande verdreven sijn van quaden feyte. In oirconde des briefs besegelt mit onsen segel. Gegeven t' Utrecht in't jaer ons Heeren dusent drie hondert een ende dertich smanendachs na Palmdach.*

Assentiente D. Arnoldo &c. Cur eo assentiente? Quia Prætor Amisfurti, Scultetus, seu Ambochtsman, ut in charta jam dicta. Et hic ipse est quo defuncto Dominium de Yselsteyn ad Guyotam devenit unicam ipsius filiam & per eam ad maritum Ioannem de Egmont. Arnoldi erat nepos, cujus frater Gisbertus unus ex percussoribus Florentii Comitis V. Unde & veteri cognomine nonnunquam adhuc dicitur non Arnoldus de Yselsteyn, sed Arnoldus ab Amstel, ut in charta adhuc inedita Ann. 1308. Siquis roget, quî factum, quod cum duo ei adhuc fratres Otto & Ioannes, & his haud dubie jam filii, Ottoni saltem Giselbertus, ut in chartis, quas retuli *lib. de jur. glad. p.* 431. *& seq.* dominium tamen eo mortuo devolutum ad filiam, responsio est in promtu, datum id in feudum rectum. Rectum autem ad fratres devolvi non potest. Notable *poincten van Leen art.* 15. Neostad. *de feud. Holl. success. cap.* 3. §. 1. *&* 2. *& ib. Boxel in not.* Expresse ita in charta Wilhelmi Comitis Tertii Ann. 1308. *dat si dat voorsz Huys ende goet van ons ende van onsen nacomelingen sullen houden ten rechten leene &c.* In charta ejusdem anni Gisberti de Yselsteyn: *Allen den genen die desen brief sullen sien of horen lesen ic Gisebrecht van Yselsteyn Saluyt ende kennisse der waerheyt, ic make u cont, dat mi een Hoech edel Prince, myn lieve Heer, Here Willem Grave van Henegouwen, van Hollant &c. bi sine genade ende wille weder gegeven hevet, ende verliet van hem te houdene 't Huys van Yselsteyn, ende twe en dertich morgen lants daer 't Huys op staet &c. welc Huys ende lant ic mi verlie ende hekenne, dat ic houde ten rechten leene van minen lieven Heer den Grave voornoemt &c.* Si dicas: Fiat. Sit rectum.

Constat quod ad rectum admittantur nec filiæ, *ibid.* §. 6. Respondeo; Sic est. Sed sunt casus excepti. Quid si literis investituræ expresse sic placuit *ibid.* §. 7. Quid si nihil quidem placuit, & feudi tamen Dominus motus certis de causis admittat nihilominus? Ut ex gratia speciali & Guyotam admisit & ejus deinceps descendentes idem Wilhelmus Tertius, ut in charta Ann. 1330. *Ende want Ian van Egmonde bi ons te wive genomen heeft Ioncvrouwe Guyoten Heeren Aernds dochter van Yselsteyn onser nichten, so beloven wy hem, wair dat sake dat Haer Aernd van Yselsteyne sturve sonder sone te hebben van Vrou Marien onser nichten sinen wive, dat wy Ioncvrouwen Guyoten, ende hare kinderen, die sy hadde by Ianne van Egmonde houden souden in den huse tot Yselstein; ende in allen goede datter toebehoert, ende dat van ons roert in allen manieren alse onse opene brief hout voersz &c. Gegeven tot Woudrichem Sonnendachs voor Pinxteren in 't jaer ons Heeren* M. CCC. XXX.

Vid. *lib. de jur. glad. cap.* 25. *p.* 430. *& seqq.* Sed obscura rursum res est cur quod feudum Trajectense feudum rursum Hollandicum. Nec quod dicam in promptu est, nisi fidem mutatam & crebro bellorum motu a dioecesi descitum. De Arnoldo satis constat: Mutavit fidem paulatim ob ingenium imbelle, ob mollinem ejus, & desidiam, qui ecclesiæ tum præerat, & qui ipse etiam obstrictus Comiti, Ioannis van Diest. Factus tum paulatim familiarior Comiti & acceptior, & ob insignem prudentiam eidem etiam a consiliis, tandem etiam ab eo missus prætextu quidem ut episcopum juvaret consiliis, revera ut rerum observator, quæ ab episcopo agerentur, nequid ageret scilicet quod Comiti vel fraudi vel præjudicio. Charta Ann. 1325. *Allen den genen die desen brief sullen sien of hooren lesen, wi* Gisebrecht *Heere van Yselsteyn ende* Arnout *van Yselsteyn sijn soon Ridders, saluit ende kennisse der waerheit. Wy maken cont ende kenlic allen luden, dat wi geloift hebben ende geloven in goeden trouwen trouwelike te radene ende te wisene onsen lieven Heere Ian van Diest Bisscop t'Utrecht tote sinen scoensten, tote sinen besten, tote ziren eren, tote siren oirbaer, ende syns lants, bi rade van onsen lieven Heere, myn Heere die Grave van Henegouwen, van Hollant &c. sonder alrehande argelist. Ende noch meer so sellen wi altoos pinen over een te houdene ende in goeden rusten onsen twee Heeren, myn Heere die Biscop, ende mijn Heere die Grave voersz. In oerconde desen brief besegelt mit onsen segelen. In Middelburch des Woensdages na sinte Barnabas dach in 't jaer van* XXV. Charta ejusdem anni: *Wy Willem Grave van Henegouwen &c. Ontbieden u Heere van Yselsteyne, dat ghy vaert by onsen Heere van Utrecht, ende blieft by hem, ende hem raed tote sinen scoensten, tote sinen besten,*

wie sire oerbaer, ende syns lants, ende van alsulcken stucken als ghy hem raden ende wisen sult by onsen rade, daer of sullen wy u geerne in helpen, verwaren ende volstaen sonder alrehande archeyt. In orconde &c. Gegheven in Middelburch des Woensdages na sinte Barnabas dach in 't jaer ons Heeren M. CCC. *vijf ende twintich.* Postquam autem jam extinctus Ioannes van Diest, & vir strenuus successisset Ioannes ab Arckel, is autem quæ per socordiam suis usus consiliis cum amissa repeteret, statim bellum exortum. Mutavit fidem tum absolute Ann. 1348. contra ipsum episcopum Wilhelmi Ducis in bello socius, præsertim cum promisisset Dux non facturum se pacem, nisi ab episcopo Arnoldo prius restitutis feudis belli ejus causa amissis, cessis, aut refutatis. Sic in charta ejusdem anni. Willem &c. *maken cont &c. dat wi bi overeendragen van onsen ghemenen Rade ende Steden geloeft hebben ende geloven in goeden trouwen voir ons ende onsen nacomelingen den Heere van Yselsteyn onsen trouwen Ridder ende Raet, ende sinen nacomelingen, die onse hulper is ende van beginne geweest heeft in den oorloghe, dat wy nu hebben tiegens den Bisschop ende der Stadt van Utrecht, dat wi nimmermeer vreden noch soenen en sullen tiegens den Bisscop ende der Stat voorsz. wi en sullen den Heere van Yselsteyn voirsz. ende sinen luden, die mit hem onse hulpere sijn in desen saken, met ons bevreden ende soenen, ende weder bringhen op allen hoeren goede, dat si omme des orloghes willen den Bisscop opgedragen hadden of versumet, also vry als sy nu sijn sonder argelist. In orconde &c. Gegheven in den Haghe des Dinxendaghes na sinte Martyns dach in den Somer Anno* XLVIII. Sed ubi coiit rursum pax, anno scilicet 1351. cæteris feuda quidem reddita, ipsique ab episcopo recepti rursum in fidem, sed non Dominus de Yselsteyn, vel quod episcopus implacabilis ei hostis, vel quod contumax etiam ipse Ducis eligens clientelam, & castro & opido de Yselsteyn in feudum jam acceptis a Margareta Augusta Ann. 1348. Unde & pactus sic episcopus in charta Anni 1351. *uytgenomen,* inquit, *dat die Heere van Yselsteyn in deser soenen niet comen en sal, ten si bi onsen wille.* Media jurisdictio Capituli S. Mariæ olim, ut in charta Ann. 1304. quæ *libr. de jur. glad. p.* 432. & in aliis anterioribus, sed quæ hactenus inditæ, Ann. 1279. & Ann. 1285. Sensim autem & hæc tandem prorsus evanuit. Unde & charta Ann. 1334. eædem quidem decimæ, & eorundem locorum, & eadem verborum forma, qua in chartis Ann. 1279. & 1285. conductæ a Domino de Yselsteyn, jurisdictionis autem & judicii nulla amplius prorsus mentio, ut nec in ceteris quidem ulla quæ sequentium annorum.

Collegium Canonicorum. Ecclesiam parochialem, quæ ædes Divi Georgii, in collegiatam mutavit. Fundatio autem hujusmodi:

Meminit Beka in ejus vita: *Pauca*, inquit, *relatu digna gessit, nisi quod Canonicales præbendas in Amersford fecit, & Comitatum cum castro de Diepenhem per auxilium ecclesiæ comparavit.*

In nomine Domini Amen. Pateat universis Christi fidelibus tam præsentibus quam futuris, quod nos Iohannes *Dei gratia episcopus Trajectensis mente sollicita revolventes, quod ecclesiasticorum ministrorum obsequio numina placari Catholica fides astruat, ipsa quoque salutaria multiplicatis intercessoribus largiantur, quodque ecclesia parochialis* Amersfordensis *nostræ diœcesis nostræ dispositioni in spiritualibus & temporalibus una cum oppido & incolis parochianis ibidem subjecta, divina favente clementia, qua ecclesiam suam nova semper prole fœcundat, adeo redditibus, fructibus, & proventibus ecclesiasticis, nec non devota fidelium multitudine excrevisse dinoscitur, quod utique consideratis hujusmodi negotii circumstantiis diligenter ad honorem Dei & gloriosæ virginis matris ejus, nec non Georgii Martyris, Nycholai Confessoris & Sanctorum omnium in augmentum divini cultus & salutem animarum parochianorum ibidem decrevimus dictam ecclesiam parochialem in collegiatam erigere sub modo inferius annotato. Igitur cum Venerabili viro Domino Henrico Archidiacono, infra cujus Archidiaconatus limites ipsa ecclesia consistere dinoscitur, nec non Capitulo ecclesiæ nostræ Trajectensis, deliberatione præhabita, & consensu a Domino* Iohanne *dicto* de Rota *Rectore ejusdem ecclesiæ, nec non* Philippo, Henrico, *&* Iohanne de Hame *perpetuis Capellanis in eadem, dicta sua ecclesiæ & beneficiorum suorum resignationem spontaneam in manus nostras factam accepimus, vosque a dictis ecclesia & beneficiis & vinculis, quibus eidem tenebantur absolvimus, Rectoresque & magistratus Universitatis oppidi prædicti, ad quos nominatio seu præsentatio Capellanorum ad Capellanias prædictas pertinuit, jus nominationis seu præsentationis hujusmodi similiter nobis vice & nomine dictæ ecclesiæ recipientibus liberè donaverunt sub spe per nos erigendi collegii in eadem. Post hæc Capellanias prædictas extinximus, fructusque, proventus, jura, & pertinentias earundem confudimus, miscuimus, incorporavimusque, & univimus ecclesiæ antedictæ, donatis etiam eidem ecclesiæ per Dominum* Hubertum de Budel *Rectorem civilis ecclesiæ Trajectensis, nec non* Iohannem de Hame *prædictum presbyterum, ac* Theodericum *dictum* Cosyn de Ysselt *laycum dictæ nostræ diœcesis, & quosdam alias donatione libera, & per nos ut prius viæ dictæ ecclesiæ receptis certis prædiis & fructibus, invocato Dei nomine dictam ecclesiam Amersfordensem in Collegiatam ecclesiam & collegium Canonicorum secularium in eadem ereximus, nec non decem Canonicatus, Decanatum, Thesaurariam, & Cantoriam creavimus in eadem, quumque sic erecta Collegiata ecclesia & Collegio, nec non Canonicatibus, Decanatui, Thesauraria, & Cantoria prædictis futurisque*

factua-

factualibus, Collegio, Decano, Thesaurario, Cantori, & Canonicis ibidem jus Sic in MS.
habendi Collegium, sigillum, & arcam communes, omniaque alia & singula jura, prerogativas, privilegia, libertates, & indulgentias concessimus, quæ ad Collegiatas ecclesias & Collegia earundem, nec non ad Canonicos & alias personas, dignitates, administrationes, & officia habentes in eisdem per diœcesim Trajectensem pertinere consueverunt hactenus de consuetudine seu de jure, præsertim quod dictæ ecclesiæ Canonici occasione contractuum & delictorum primo coram Decano ibidem & non alias debeant civiliter conveniri. Et in eo casu quo idem Decanus in corrigendo seu exhibendo justitiam notabiliter negligens fuerit vel remissus correctio & jurisdictio hujusmodi quoad casum illum ad nos & Archidiaconum prædictum devolventur, prout ad nos & ipsum correctio & jurisdictio in personas memoratæ ecclesiæ consueverant hactenus pertinere. Nec non erigimus, creamus, damus, & concedimus, ut prædicitur, per præsentes ordinantes, statuentes, & mandantes, quod nos & successores nostri, qui pro tempore fuerint episcopi Trajectenses, de Canonicatibus prædictis & præbendis ibidem, nec non Decanatu, Thesauraria, & Cantoria, quoties ipsos vacare contigerit personis ydoneis duntaxat in sacerdotio vel saltem in ætate tali constitutis, quod infra annum proximum ad sacerdotium promoveri valeant, debemus & non aliis providere, & quod de Decanatu, Thesauraria, & Cantoria prædictis nulli providebimus, nisi duntaxat Canonico præbendato dictæ ecclesiæ, & quod unum ex dictis Canonicis præbendatum Archidiacono Trajectensi, qui pro tempore fuerit, præsentabimus ad obtinendum curam parochialem plebis ibidem. Qui etiam nobis & successoribus nostris Episcopis Trajectensibus & dicto Archidiacono de juribus episcopalibus & Archidiaconalibus & plebis prædictæ, prout de consuetudine ad ipsum Archidiaconum pertinet, respondebit. Sumptus vero & expensas, quas Curatus propter hoc subire compelletur, ipsum Capitulum exponet & satisfaciet pro eodem de bonis communibus ecclesiæ antedictæ, quanquam ad solutionem & exhibitionem plenariam jurium prædictorum ipsi Decanus & Capitulum possint per nos & Archidiaconum prædictum & nostrum quemlibet, prout hujusmodi jura quemlibet nostrum pro tempore contingent, urgeri censura ecclesiastica & compelli: Item quod si *ille, qui non in sacerdotio constitutus, & cui de Canonicatu ibidem providemus, se non fecerit intra annum à die provisionis hujusmodi ad sacerdotium promoveri, excusatione qualibet non obstante, eo ipso sit Canonicatu & præbenda, quæ sibi provisum extitit, sine qualibet declarativa sententia vel monitione privatus, quos Canonicatum & præbendam sic vacantes si non contulerimus, & de eisdem personæ ydoneæ non providerimus infra mensem, extunc jus providendi illa vice de ipsis ad Decanum ibidem, qui pro tempore fuerit, sit ipso facto devolu-*

lu-

lutum. Item quod omnes *Canonici dictæ ecclesiæ in eadem continuam residentiam facere debeant, nec super absentia possit nisi per Episcopum, Archidiaconum Trajectensem, & per Capitulum dictæ ecclesiæ conjunctim ex causa legitima & non alias dispensari.* Item quod *quilibet novus Canonicus infra annum prædictum dabit eidem ecclesiæ decem libras nigrorum Turonensium in usus ornamentorum per Thesaurarium dictæ ecclesiæ convertendas.* Item quod Canonici *dictæ ecclesiæ præbendati, fructus & proventus prædiorum & rerum aliarum dictæ ecclesiæ, certos communiter appellatos, in portiones æquales juxta numerum præbendarum ibidem per certum Camerarium ad hoc per Capitulum ibidem deputatum collectos æqualiter inter Canonicos residentes divident, absentibus & non residentibus, nec portiones facientibus, nec ad portiones aliquatenus admittendis, Oblationes vero & obventiones ceterique fructus & proventus ejusdem ecclesiæ incerti communiter appellati pro distributionibus cotidianis cedent eisdem Canonicis residentibus & divinis officiis interessentibus, colligendi & ministrandi secundum ratam temporis & ordinationem Capituli ejusdem ecclesiæ per Camerarium antedictum, ita quod dupla portio hujusmodi distributionum Decano, Thesaurario & Cantori, & ipsorum cuilibet, divinis officiis interessentibus & non alias, ministrentur, Oblationes vero visitationum infirmorum, benedictionum nubentium, peregrinantium, & redeuntium, quæ inter oblationes non continentur, cedent Curato antedicto una cum distributionibus cotidianis prædictis etiam a divinis officiis absenti, dum tamen circa curam parochialem occupetur, Legata vero sive Curato plebis sive alicui de Collegio prædicto facta sive causa mortis donata, cedent ipsi collegio in communi.* Item quod *ipsum Capitulum taliter ordinabit, quod dictæ Capellaniæ per nos extinctæ in divinarum missarum sollempniis ad memoriam ipsorum, qui ipsas instituerunt, condignam accipiant recompensam.* Item quod Canonicus *dictæ ecclesiæ, qui in eadem ut debet voluerit residere, in vigilia beati Bartholomæi & alias ad hujusmodi residentiam se offeret. Alioquin in computatione fructuum præbendæ suæ toto anno sequenti habebitur pro absente. Hoc salvo quod novus Canonicus tempore suæ institutionis & adeptionis possessionis corporalis Canonicatus & præbendæ suæ ad hujusmodi residentiam offerre se poterit & fructus percipere juxta ratam.* Item quod dicti *Canonici in habitu, incessu, conversatione, in disciplina ecclesiastica, in divinis officiis, modo & tempore, vicissitudine ministrandi, honestate chorali, ordinatione officiatorum ecclesiæ, & censura residentiæ, & circa hæc emergentibus, & aliis juribus & consuetudinibus Canonicalibus se conformabunt Capitulo & Canonicis ecclesiæ nostræ Trajectensis prædictæ. Hoc expresso, quod Decanus, qui pro tempore fuerit, solus & sine requisitione & præsentia Capituli Canonicos in divinis officiis negligentes, & alias in disciplina ecclesiastica & mo-*

rum

